ca.i. Statuimus ꝑterea vt si epūs ẽtio cū humilitate ac deuotione (sicut cōsuenit) requisitus substitutos abbates vestros benedicere forte renuerit: eisdē abbatibus liceat ꝓprios monachos benedicere: ⁊ alia que ad officiū huiusmodi pertinēt exercere donec ipsi episcopi suam duriciam recogitent: ⁊ abbates benedicere non recusent.

Clementius tertius.

Regulares in suos vsus conuertere nō possunt ecclesias in quibus ius obtinent patronatꝰ: et si infra tempus lateraū. concilij quando vacant non ꝑsentent rectores ad eas superior ordinabit easdē.

ca.ij. Sicut nobis tua fraternitas intimauit. monachi quidam et canonici regulares: ecclesias q̄ ad ꝑsentationē eoꝝ pertinēt: i tuo epatu habentes ꝓpriīs vsibꝰ deputare nitūtur nec volūt ad eas cū vacauerint vocare ꝑsonas quin potiꝰ occasione ꝯcessionis quorūdā epōrum vicario i eis ꝑ sua instituūt et destituunt voluntate admissos: ita ꝑsonibus onerantes: ꝙ ecclesiis competere nō possunt in paupertate nimia deseruire: nec epō in epali bus rñdere/neq hospitalitatē (sicut consueuit) transeūtibꝰ imparti ri. ¶ Volentes aūt vt status ecclie debitus ⁊ antiquus/per insolertiā alicuius subuertaᷣ: mandamꝰ quatenus (nisi a iurisditione tua exempte sint ecclesie supradicte) predictos excessus studeas rationabiliter emendare. Et nisi ꝑdicte ꝑsone infra tēpus lateraū. cōcilij cōstitutum ad vacantes ecclesias tibi personas idoneas presentauerint: ex tunc tibi liceat (appellatione remota) in eiusdem ordinare rectores q̄ eis ꝓesse nouerint/ et prodesse: ita tñ ꝙ ex hoc nullū ꝑsonis ꝑiudiciū iposterū gñetur. Innocentius. iij.

Supplet superior inferioris negligentiam i beneficijs cōferendis: si tempus lateraneñ. concilij lapsum sit: ⁊ collatio per inferiorem postea facta non valet.

ca.iij. Licet magister. H. et. R. procurator. R. de sancto cadic modo super archidiaconatu riche mundie diutius litigauerint corā nobis. et infra. ¶ Ne igitur ius nostrum negligere videamur qui alios in sua iusticia confouemus/

-andamus quatenus si vobis con-
-iterit/archidiaconatū richemun-
-le vacasse per annū (tēpore seme-
-stri quo vel ad archiepm vel ad capi-
-tulū donatio ptinebat/nō avocatio-
-e sz a noticia cōputato) cū p eo qđ
-eborac. archiepo aliū superiorē nō hz
-tūc fuerat nobz donatio devoluta
-triqz sup eo silētiū iponatis. T dē
-magistro. P. de castro novo: et. R.
-monacho fontisfrigidi. apo se. lega.

Si is ad quē spectat beneficiū collatio lapso tēpore lateranēsis cōciliū cōferat: nō valet collatio: nisi de misericordia toleretur.

Litteras vestre discretiōis accepimus qđ cū in qbusdā ecclesijs legationi vr̄e subiectis: qđā bñficia dignitates tanto vacavissent qđ ā plati qȝ capitula secūdū tenorem lateranē. cōciliū essent iure instituēdi privati postqȝ adventus vester innotuit: i bñficijs psonas min9 idoneas instituere psumpserūt: et infra. T Discretioni vestre mādam9 quaten9 si bñficia et dignitates noveritis psonis idoneis assignatas eas de patiētia permittatis ab ipsius pacifice possideri: alioqn psonas amonētes prius ab ipsis: eas de psonis idoneis: auctoritate nr̄a suffulti nō differatis quātoci9 ordiare. T dē epo samor.

Is ad quem pmo loco spectabat collatio bñficij lapso tpe lateranen. cōciliū cōferre nō poterit.

Dilecto filio. P. ti. sctī marcellini psbytero cardi. S. et. R. procuratorib9. P. et. S. apd sedez aplicā cōstitutis: auditore cōcesso: et infra. T Cū nobz cōstitit a falamātino decano et ei9 sequacib9 post elapsū sex mēsiū spaciū: infra qđ epūs et capitulum (prout cōiter spectabat ad eos) pcedere ad electionē cātoris neglexerāt electionē supradicti. P. min9 canonice celebratā. eādē decernim9 irritā et inanē et appellatiōnē a decano et suis fautorib9 interpositā: factū archiepi (ad quē iā erat eligēdi auctoritas devoluta) nequivisse aliquaten9 impedire: et infra. T Mandamus quaten9 nisi dicto. S. aliqđ canonicū obviet electione de ipso factā sublato ap. obstaculo ɔfirmetis.

De tēporib9 ordinationū: et qualite ordinādorū. Alexā. iij. bathon. episcopo. Ti. xi.

Dieb9 dominicis vel sabbato pēthecostes sacri ordines ab alio qȝ a papa cōferri nō possunt.

Subdiaconos autē nulli nisi ro. pō. liceat diebus dn̄icis ordinare. T Quāvis cōsecrandi deo dicatas virgines et minores ordies his diebus habeāt licentiā celebrandi. T Sabbato quidē pēthecostes nō liceat alicui sacros ordies celebrare. cū i sequēti septimana (recepta spiritussancti gratia) celebrētur. T dē episcopo herdford. cap. i.

Nō valet cōsuetudo qđ extra statuta tēpora sacri ordines cōferātur.

Sane sup eo qđ moris esse dixisti i ecclesijs qbusdā scotie et vallie i dedicationib9 ecclesiarū vel altariū extra ieiunia qttuor tēporū clericos ad sacros ordines pmovere. T Significam9 qđ ɔsuetudo illā (vtpote institutioni ecclīastice inimica) est penit9 improbāda: et nisi multitudo: et antiq cōsuetudo terre esset taliē ordinati nō deberēt permitti in susceptis ordinib9 mīstrare nam et ordināntes privarētur apud nos sic ordinati deponerēt auctoritate ordinādi. T dē eidem. Ca. ij.

Minores ordines ɔferri possunt dieb9 festis. Sacri vero cōferri debēt in. iiij. tēporib9 vl' sabbato sctō/vel sabbato de passiōe.

De eo autem qđ quesivisti an liceat extra ieiunia. iiij. tēporū aliquos in hostiarios/ lectores exorcistas: vel accolitos: aut etiā subdiaconos pmovere. T. r. qđ licitū est episcopis dominicis et alijs festivis dieb9 vnū aut duos ad minores ordines pmovere. Sed ad subdiaconatū nisi in quattuor tēporibus: aut sabbato sancto vel sabbato ante dominicā de passione; nulli eporum ca. iij.

preterquam ro. ponti. licet aliquos ordinare. Idem.

Criminosus occultus moueri potest ne promoueat ad ordines: sed prohiberi non debet.

Ca. iiii Ex tenore tuarum litterarum accepimus quod N. clericus a deo deliquit: quod si peccatum eius esset publicum degradaretur ab ordine quem suscepit et amplius non posset ad superiores ordines promoueri. Verum quia peccatum ipsum fore occultum dixisti: mandamus quatenus penitentiam ei condignam imponas: et suadeas vt parte penitentie peracta ordine susceptovtatur quo contentus existens ad superiores amplius non ascendat: verumtamen quia peccatum occultum est si promoueri voluerit: eum non debes aliqua ratione prohibere. Lucius. iij. archie. turonen.

Religiosus contra prohibitionem prelati sui ordinari non debet.

Ca. v. Ad aures nostras peruenit: quod religiosi quidam ad superiores desiderant ordines promoueri: sed prelati eorum desideriis contradicunt. Inde igitur questioni ta. re. quod honestius et tutius est subiectis debitam prepositis obedientiam impendendo in inferiori misterio debui re quam cum prepositorum scandalo graduum appetere dignitatem: nec est in hac parte subiectorum desiderium confouendum: quia esse potest quod prelati eorum commissa secreta nouerit ex quibus constat eis quod salua conscientia nequeunt sublimari. Quis non in sublimitate graduum sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum dei. Idem.

Metropolitanus ab omnibus suffraganeis consecretur. Suffraganeus vero a tribus metropolitano iubente.

ca. vi. Si archiepiscopus obierit: et alius fuerit ordinandus omnes episcopi eiusdem metropolita. conueniant: vt ab omnibus ordinetur. Reliqui vero comprouinciales episcopi (si necesse fuerit) ceteris consentientibus a tribus iussu archiepiscopi poterunt ordinari: sed melius est si ipse cum omnibus eum qui dignus est elegerit: et cuncti pariter pontificem consecrauerint.

Ex concilio arelaten.

Dicit idem quod in precedenti.

c. vii. Nec episcopi sine metropolitani permissu nec metropolitanus sine tribus vel duobus episcopis comprouincialibus presumat episcopum ordinare: ita vt alii episcopi comprouinciales admoneantur epistolis: vt se suo responso significent consensisse. Quod si inter partes aliqua dubitatio fuerit maiori numero metropolitanus consentiat. Urbanus. iij. archie. pisano.

Ordinatus extra tempora suspenditur donec dispensetur cum eo: et ordinans punitur.

c. viii. Cum quidem: et infra. Episcopum qui die quo non debuit ordines celebrauit: canonica disciplina corrige: et ordinatos a susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes: donec apud nos restitutionis gratiam consequantur.

Celestinus. iij. hidrosi archiepo.

Greci a latinis ordinari non debent: nec econtra si in ritu ordinandi sunt diuersi.

Ca. ix. Cum secundum regulas ecclesiasticas: et infra. Quia vero (sicut dicitur) in partibus calabrie latini a grecis: et greci a latinis secundum alterutrius institutionis obseruantiam ordinantur nolumus de cetero commixtiones et consuetudines rituum in ordinibus obseruari. Inno. iij. abba. et conuentui carsloci.

Si monachus vnius ordinis in secundo ordine ad quem transiuit incipit sacerdotium ad primum ordinem rediens in eo libere ministrabit.

cap. x. Ex parte vestra: nobis fuit apost. reseratum: quod quidam monachus vester se ad nigros monachos transferens: et habitum eorum assumens ad sacerdotii ordinem in ipso habitu est promotus vnde quia dubitastis: vtrum in assumpto taliter ordine ministrare debeat. Mandamus quatenus: (nisi canonicum aliud obuiet) ipsum monachum officium sacerdotis libere exequi permittatis. Idem. L. presbytero car. apo. se. le.

Si grecus episcopo latino subiectus ordinatur sine latinis lis

cētia greco iterdicit tibi executio. Si vero de licētia/tūc tolleratur.

Quod trāslationē pōtificis: et īfra. ¶ Cō.t.t. φ cū clericus grec⁹ epō latino subiect⁹ a greco pōtifice ordinat (nisi de mādato vł licentia sui epi fiat) iterdicēda ē ei ordinis executio sic suscepti: tanq̄ ab alieno pōtifice sine mandato vel licentia sui epi ordiato. ¶ Si vero de mādato vel licentia sui ꝑsulis a greco pōtifice scōm morē grecorū fuerit ordinat⁹: lz culpand⁹ sit epūs latin⁹: q̄ clericos suos a greco facit antistite ordinari: q̄diu tñ talis mos ab eccla toleratur impediri non debet ab executiōe ordinū taliter susceptorum. Idem mutin̄. epo.

Ordinatus a papa sine licentia pape ad superiores ordines non promouetur.

Cum in distribuendis τ infra. Meminim⁹ a nobis fuisse suppliciter postulatū τ clemēter idultum vt q. ꝑfatus. A. ecclesie romane subdyacōnus erat: mandarem⁹ ipsum p bonon̄. episcopū ꝓmoueri Idē eidē τ magro. H. subd⁹a. nr̄o.

¶ Duo sacri ordines non possunt conferri eidem vno die vel duob⁹ continuato ieiunio.

Litteras vestras recepimus super iordinata ordinatione imolen̄. electi quē bonon̄. episcop⁹ precedenti sabbato in dyaconū: et sequēti die dominico (ꝯtinuato ieiunio) i presbyterū ordinauit. ¶ In quo q̄tum vterq; deliquerit euidēter intelligit q̄ prudēter attendit. Si enim vtrunq; ordinē eodem die ꝯferre illi nō licuit pari non licuit rōne vnū ordinē vno die: τ aliū altero (ieiunio ꝯtinuato) ꝯferri: cū ppter continuationē ieiunij fictione canonica: siue mane diei dominice contrahat ad sabbatū: siue vespera sabbati ad diem dominicā referat: ꝑfecto mane cum vespera/ seu vespera cū mane ad eūdem diē pertinere dicetur: nā si q̄tum ad hūc necessitatis articulū pertinet: mane ad vnum diem τ vespera referatur ad alium cur esset cōtinuatio ieiunij necessaria: cum et sabbato ante cenam: τ dominica ante prandiū intelligantur esse ieiuni.

¶ Prefatum itaq; bononien̄. epm (vt puniatur i quo deliquit) a collatione ordinū diaconū. ſ. et pbr̄ū: alterū vero ab executiōe officij sacerdotalis tādiu volum⁹ manere suspēsos: donec de illis aliter disponamus. Honorius. iij. episcopo. et archidia. legi.

Ordinans puerū. xiij. annorū in diaconū suspendit a collatione ordinū: τ ordinat⁹ ab ipsius executione vsq; ad etatē legitimā.

Uel non est cōpos sui epūs cōiuentren̄. vel nimis videt a se scientiam repulisse qui. M. puerum latorē presentiū adhuc. xiij. annorum contra sacrorū canonū instituta inordinate in diaconū dicitur ordinasse in ludibriū ordinis clericalis et infra. ¶ Mi. v. mandamus quatenus si rem ineneritis ita esse predictum epm a collatione ordinum suspēdentes: epm vt eidē. M. quem ab executione officij diaco. vsq; ad etatem legitimā in iniuriā suspendimus ordinantis prouideat in ecclesiastico beneficio competēti per censu. eccle. compellatis. c. xliij

Idem leon̄. τ sal. ab.

Epūs conferens eidem vna die plures sacros ordines etiāsi de mandato metropolitani hoc fecerit ab ordinādi ꝑtāte suspēditur

Dilectus fi. Su. humilien̄. canonicus nostro dudum apostolatui reseruit: φ humilien̄. ecclesia suo viduata pastore: canonici ipsum vnanimiter elegerūt: qui cum esset constitutus: archiepūs casalen̄. metropol. eorum epō trece. mandauit: vt eum vno τ eodem die ad tres sacros ordines promoueret. quod ille (non ausu proprio sed ipsius archiepiscopi mandato) perfecit. ¶ Cum ergo nobis constiterit supradictum epm in pluribus deliquisse: tū q. sine mādato archiepi (vt ipse confessus extitit) ad huius ca. xv.

modi ordinationē iordinate pcessit tum qz si de mandato archiepi constaret: cū illi hmōi dispensatio a canone minime sit pmissa ipsi obtēparere non debuit in hac parte. tū etiaz quis reatum plurū sepius varlauit iurando prius qz archieps id preceperat & postea qz illud non mādauerat in iudicio confitendo ipsum tamdiu ab ordinādi suspēdimus potestate: donec nostrā meruit grām obtinere. Grego. ix. archie. barañ.

ca. xvi Ordinatus ad sacros extra tēpora statuta ordinē recipit & post pniam cū eo dispensat eps.


Consultationi. t. t. r. qz eos qui extra tpa statuta sacros ordines receperunt caracterem non est dubium recepisse: quos p trāsgressione hmōi (primo eis pnia imposita cpetenti) sustinere poteris in susceptis ordinibus ministrare. Idē Occultus criminosus pter homicidā post peniētiam in susceptis ministrat & ad superiores ascēdit añ penitētiam monet: vt etiaz in susceptis non ministret.

Quesitū est de sacerdotibꝰ vel alijs clericis qui p reatū adul

a. xvii terū / plurū / homicidū vel falsi testimonū bonū cōsciētie recte pdiderunt: & infra. R. qz si pposita criminis ordie iudiciario pprobata: vel alias notoria nō fuerint: nō debent hi (preter reos homicidij) post penitētiam in iā susceptis vel suscipiēdis ordinibus ipediri: qui (si nō penituerint) monēdi sunt / & sub intermınatione diuini iudicij obtestādi vt in testimoniū sue dānationis / in susceptis etiā ordibꝰ nō ministrēt.

Tit. ix. De scrutinio in ordine faciendo. Innoc. iij.


Ex alterro gatꝰ i scrutinio epi ordinādi pōt respōdere illū dignū si non nouit illum indignum.



ca. i. Ex parte tua fuit propositum & infra. F. t. t. r. qz cum aliquē in diaconum vel presbyterū promouemus prior diaconorum qui nobis assistit dicit. Postulat sancta mater eccl'ia hunc diaconū vel subdiaconum ad onus presbyteratus vel diaconatꝰ assumi: & nobis interrogantibus si eū cognouerit esse dignū idē respōdet (qz qtū hūana fragilitas nosse sinit) & scit: & testificat illū ad hmōi onus officij esse dignū. Unde si tale respōsione aliquē peccare non credimus dū modo contra pscientiam non loquatur: qz nō simpliciter illū asserit esse dignū: sed inqtū hūana fragilitas nosse sinit cū illū quē indignū esse non nouit dignū debeat estimare. Hmōi ergo responsione secure vti poteris nisi forte de indignitate tibi constiterit consecrādi. Si aūt illū indignū esse cognoscis metropolitano (priusqz ad huiusmodi scrutiniū veniat) secrete studeas nunciare vel intimare: qualis nos in terrogationē hmōi non in psecratione pontificis: sed in ordinatione diaconi vel pbri facimus.

Tit. xi. De ordinatis ab episcopo qui renunciauit episcopatui. Alexander tertius.

Episcopus qui renunciauit loco tantum ciuitatis conferre potest ordines sicut prius. Si vero et dignitati cum ordinato per eum ad minores / vel ignoranter ad sacros dispensare episcopus suus: cū ordinate vero sciēter ad sacros nō dispensat.



Ca. i. Requisiuit a nobis tua. f. vtrū clericiā post renūciationē factā a pdecessore tuo ordies receperit in ipsis debeāt remanere & infra. R. igitur distinguēdo vtrū renūciauit loco tātū an loco simul & dignitati. nā i primo casu ordies (sicut antes rogatus) ab episcopo aliquo poterit de ratione conferre. In secundo vero casu distinguendum putamus vtrum sacros contulerit: aut minores. Si enim a tali ordines psqz ad subdiacona, aliquis acce:

erit quis et huiusmodi ordines non eps quando conferuntur. et n illis deseruire poterit: et ad maiores (si idoneus fuerit) promoueri. Sane si ab eodem sacros ordines scienter quis receperit qui indignũ se fecit: executionẽ officii non habeat ubi autem non scienter poterit (nisi crassa et supina fuerit ignorantia) discretus pontifex dispensare.

Gregorius nonus.

Breue est.

Um clericis qui ab excõicato epo ignoranter ordines receperũt [illegible] posit epos dispẽsari.

De etate et qualitate et ordine p̃ficiendorum.

Ex concilio Picta.

Non sumatur.

Ut abbates decani et prepositi qui presbiteri nõ sunt p̃sbiteri fiant. Qui archidiaconatus tenent diaconi. Qui vero archipresbiteratus pbri aut amittant honorem. Quod si aliqua iusta causa prohibente: p̃sbiteri aut diaconi esse non potuerit: prelationes amittant.

Alexan. iii. cantua. archiepiscopo

Ecclesia dispensatiue minori concessa nõ p laicos sed per clericos regi debet donec ille perueniat ad etatem.

Ex ratione et infra. Accepimus quod conuertren. epus pueris qui sunt infra decenniũ cõstituti in archidiaconatu. R. archidiaco. cistren. ecclesias plures concessit: que non per clericos sed p laicos disponuntur. Unde qm non debet hoc aliquatenus tolerari mãdamus quatenus p̃dictum epm sup his corripias: et clericis idoneis ad ministrationes et custodiam p̃scriptarũ ecclesiarum (donec p̃dicti pueri ad ɔgruã veniant etatẽ) laicis amotis cõmittas. Eidem epo p̃hibẽs ne de cetero ecclesias (nisi psonis q̃ etatẽ et scientiã habeãt) regẽdas cõcedat. Quod si secus egerit: ei debitã penã infligẽs: institutionẽ et cõcessionem ipius omnino viribus carere decernas. Idẽ cãt. archiepo et eius suf.

Regimẽ eccle minori. xiiij. annorũ cõmitti nõ debet.

Indecorũ est. ut hi debeãt ecclesias regere q̃ non nouerũt gubernare seipsos: cũ ad ecclesiarum regimẽ tales psone sint admittẽde: q̃ discretione pemineat: et morũ fulgeant honestate. Nolẽtes itaq3 sic itinere: ut paruulis eccle regimen cõmittatur: mãdam9 quaten9 nemini infra. xiiij. cõstituto ɔsonarũ cu[illegible] eccle cõcedere presumatis. Sciturus pro certo quod si contraire presumpseritis quod inde feceritis irritabimus: et inobedientiam vram grauiter puniemus. Idem. c.iii.

Ad regimẽ ecclarũ nõ vz institui indignus sciẽtia morib9 vl etate: et qui hz duas ecclias alterã dimittere cogitur: nisi cã subsit.

Am te decet: et fra Arcti9 inhibemus: ne psonas q̃ i ecclesiis tui epat9 ad curã animarum suerint ordinãde in ipis instituas: nec aliq occasioe vl etiã fraz nraz obtẽtũ, instituti patiaris: q̃ sciẽtia morib9 et etate: cõcilii nõ congruãt institutis. Sz etiã hñtes plures ecclias q̃ ex vna nõ pẽdeãt tibi liceat ap. p9posita cogere ad vnam ipsaz quam maluerint dimittẽdã nisi ita fuerit tenues i substãtiis: quod pbos sacerdotes n possint ɔueniẽter hre. Idem. c.iiii.

Is qui nondum ẽ in sacris si alias ẽ idoneus ad regimen parrochialis ecclesie dispensatiue potest assumi.

Retes licz ad regimẽ parrochialis eccle non debeat aliquis (nisi subdiacon9 sit) adminus admitti. Dispẽsatiue tamẽ i minoribus ordinibus constituti consueuerunt assumi. Cũ tamẽ tales sint quod infra breue tẽpus possint in presbiteros ordinari. Idem. ca.v.

Propter necessitatẽ et vtilitatẽ eccle cõpelluntur clerici ipsius recipere ordies suis beneficiis non annexos.

Ueris a nobis quid agẽdum sit de clericis tue iurisdictioni commissis: qui cum beneficiis ca.vi.

ecclesiasticis multū abundēt a te cō moniti nolunt ad maiores ordines pmoueri:se tale qd secreto pmisisse dicētes qd eos salua consciētia or= dinare nō sinit. ¶ Cū igitur sup hoc casu videant sacri canones discor= dare(cū qdā dicāt eos minime cō= pellēdos:alii vero cōtrariū asseue rēt) ois cōtrarietatis vinculū psen ti pagina enodamus. ¶ Statuentes vt si pdicti clerici pceptione maiorꝫ ordinū(propt occulta sua pctā)se i= dignos eē fatētur iferiores i eccla: quorꝫ sit vita probabilis: pferantur eisdē. Et nisi forte illi q ordinari p iam dicta causa recusant:in aliis ec= clesie seruitiis valde vtiles fuerint: auferātur eis bñficia:ꝛ aliis canonī ce conferant. ¶ Qd si pro sola volū tate renuerit ordinari:ꝛ suaserit vti litas eccle:aut necessitas ipsos(dū modo idonei sint)ad maiores ordi= nes recipiēdos p amissionē locorꝫ ꝛ bñficiorꝫ subtractionē ap. cessāte cō pellas. Clemēs. iij. R. colon. cañ.

Euētus mortalitatis infirmi nō ipedit pmoueri medicum peritum / solitum ꝛ traditiones ar= tis obseruantem.

ca. vij Ad aures nras te significāte p= uenit:ꝙ cū in arte phisica eru dit9:plurib9(iuxta ipsi9 artis tradi tionē)exhibuisti cum diligētia me= dicinā licꝫ pluries in cōtrariū suc= cesserit ꝛ quibus putabas adhibere medelā: medicinis pceptis mortis piculum incurrerunt. verum qꝛ ad sacros ordines desideras pmone= ri:sup eo nos consulere voluisti. ¶ Ubi breuiter respon. ꝙ si sup pre missis cōsciētia tua te remordeat ad maiores ordines de nostro consilio nō ascēdas. Clemēs. iij.

Qui stetit p annū in suspēsiōe priuatur bñficio qd prius ha bebat ꝛ qd interim acquisiuit.

c. viii Cum bone memorie Clemēs pa pa pre. n. J. buccarum ꝛ quos= dam alios barañ. clericos vocauis= set:vt ad psentiam ipsius accederēt R. archidia. suo quē grauiter lese= rant respōsuri(qꝛ venire iuxta man datū aplicū cōtēpserūt)in eos fecit sententiā suspensionis pmulgari: in qua triēnio pmanētes:qdam ex ipsis suspēsi aliud bñficiū ecclesiasticum sunt adepti. Et qꝛ vtrū bñficia sic re cepta possint rationabiliter retine= re:nos psulere voluisti. ¶ Rñdem9 ꝙ nō licꝫ eis illa q habuerūt bñficia vel q postmodū sūt adepti:aliquate nus retinere. Uñ baranen. archiepo. bedim9 i mādatis vt eos p tanta ptē nacia ꝛ ptēptu apostolico bñficiis q habent non differat spoliare.

Innocentius. iij.

Subdiaconus in episcopum eligi potest.

ca. ix A Multis multotiēs an subdia= con9 in epm eligi valeat hesi= tat. ¶ Si qdem Urbanus papa pm9 decreuit vt null9 i epm nisi in sacris ordinib9 religiose viuēs inuēt9 fue rit eligat/sacros(inqt)ordines dis conatū dicimus ꝛ pbratū:hos siqdē pmitiua ecclesia legit habuisse. sub diaconos vero (qꝛ etiā ipsi ministrāt altaribus)opoꝛtunitate exigēte cō= cedimus in epos eligi. si tñ precla= re sciētie ac religionis existant qd ipsū non sine ro. ponti. vel metropo lita. licētia fieri pmittim9. In quib9 verbis innuit qd vrban9 ad statum pmitiue eccle se referēs i quo sub= diaconat9 ordo sacer minime dice= batur:istituit vt de subdiacono(nisi vtilitatis causa:ꝛ tunc etiam de per missione metropo. vel ro.)non pos set electio celebrari. Uerum cum ho die subdiaconat9 inter sacros ordies cōputetur sicut Urban9 papa secū= dus sub his verbis expressit. Eru= bescant ipi ꝛ itelligant iudicio spi ritussancti eos qui in sacris ordinī bus presbyteratu:diaconatu: sub= diaconatu: sunt positi(si caste nō vi xerint)excludendos ab omni eorū= dem graduum dignitate. Et iterū. Nemo ad sacrum ordinem permit= tatur accedere nisi aut virgo aut p bate castitatis existat:ꝛ qui vsqꝫ ad subdiaconatum vnicam ꝛ virginem habuit vxorē. Et ad similitudinem diaconi ꝛ presbyteri subdiacon9 de

t continẽtiam obseruare: sicut et
sexta synodo constitutum est: vt
quis eorum qui ad clerum acce-
unt: nuptiali iure mulieri volue-
t copulari: hoc ante subdiacona-
s ordinẽ faciat. Et beatus Grego-
us statuisse legitur vt nullũ face
subdia. presumant episcopi: nisi
ui se caste victurum promiserint.
Nos volentes super hoc articu-
disceptationis materiam amputa-
: statuimus vt subdiacon⁹ in eþm
aleat libere eligi: sicut diaconus
el sacerdos.
Idem. T. sancte crucis presbytero
ardinali.

Irregularis et in minoribus
potest dispensatiue in abba-
m institui.

Nam in domino diligentiã cõ-
mendantes quam sup monaste
io sancti quirici reformãdo digno
ceris adhibere. ¶ Mãdam⁹ quate
us si non potest eidem monasterio
e ꝑsona idonea melius ꝓuidere tu
onachũ illũ quẽ lrĩs tuis de bone
ate ac idustria cõmẽdasti ꝑ quã sta
us eiusdẽ loci creditur reformãd⁹
ullum prorsus habẽs respectũ ad
etitionẽ illicitam: quã quidam lai
i faciebant: sed ex tue dũtaxat pro
isionis officio instituas in abbatẽ.
Ita videlicet ꝙ ad sacros ordines
non ascendat: cum instante necessi-
tatis articulo possit in abbatẽ assu-
mi etiã in minoribus ordinibus cõ
stitutus. Et laici memorati non sint
consanguinitate vel affinitate con
iuncti monacho memorato. vt ex ip
sorum petitione debeat contra euz
aliqua sinistra suspicio suboriri.

Idem Rothomageñ. ar-
chiepiscopo.

Abbas si est presbyter ꝛ est be
nedictus conferre potest or-
dinem clericalem.

Cum cõtigat iterdũ ꝙ laici ad
mõasteria ꝯuolãtes a suis ab
batib⁹ tonsurent reqsiti an clerica
t⁹ ordo in tonsura hmõi ꝯferatur.
¶ Sup q̃ tibi. t. rñ. ꝙ cũ i. vii. syno.
sit statutum: vt electores ꝑ manus
impositionẽ licentia sit vnicuiq; ab
bati in proprio monasterio solum-
modo faciendi: dummodo ipsis ab
episcopo (scd̃m morẽ ꝑficiendorum
abbatũ) manus iposítio facta nosca
tur: ꝛ constet eũ existere sacerdo-
tem: per primam tonsurã iuxta for-
mã ecclesie datã a talibus abbatib⁹
clericalis ordo confertur. Idem.

Si canõicus regularis fact⁹
monachus iusta de cã ad ca-
noniã reuersus: ibi postea preficia-
tur: licite tenere poterit prelaturã.

Intelleximus ꝙ cum in mona- C. xi.
sterio tuo fueris laudabiliter
conuersatus ad monasteriũ sancti. vl
cẽtii talis ordinis accessisti: vbi cũ
aliquãdiu in ipso ordine permansis
ses: demum ad cor reuersus de me
tropolitani ꝛ aliorum consilium ad
primã domũ redire curasti in qua
tandẽ sub regularis obseruãtie dis
ciplĩa talr̃ deo ꝛ hoib⁹ placuisti ꝙ
tuorũ exigẽtiã meritorũ fr̃es tui ꝑ
fecerũt te vnanimit̃ i abbatẽ. ¶ Ne
igitur occasione more quam i pref-
cripto monasterio cõtraxisti (quasi
consciẽtia tua te remordeat) in sus
cepte administrationis cura tepe-
scas. attẽdẽs ꝙ cautũ ẽ i canõe ne q̃s
canonic⁹ reglãris (nisi forte publi
ce lapsus sit quod absit) efficiatur
monach⁹ ꝛ si fctũs fuerit ad canoni-
catus ordinem reuertatur: vltim⁹
in choro manẽdo cucullã ad memo
riã delaturus ¶ Di. t. mã. quate. cir-
ca curã tibi cõmissã sollicitudinem
exercere studeas indefessam. ꝛ tali-
ter seq̃ntia bona cõtinuare priori-
bus. quam ad deo dignũ possis mer-
ritũ expectare. Idem.

Ordinatus ad sacros sine ti-
tulo ab ordinatore iuste pe-
tit beneficium.

Accepim⁹ te nr̃is auribus itimãte Ca. xiii
ꝙ q̃dã clerici q̃ ad sacros or-
dies sine titulo sunt promoti te ad
eccliã bracareñ. sup bñficijs obti-
nẽdis ifestant ꝛ lr̃a. ¶ Licet igitur
in ordinationib⁹ clericoꝝ illã tu ac
ꝑdecessores tui diligẽtiã debueri-
tis adhibere vt minus idonei non

ordinaretur a vobis ac ideo post p̄motionē eorum exceptionē nō poteris ꝑtendere cōtra illos nisi forte postq̄ p̄moti fuerint reddiderit se indignos ex supabundanti tñ (q̄n scribere p̄ talib⁹ nos oportet) faciemus I l̄ris nostris apponi: vt si ordinat⁹ p̄ quo scribim⁹ idone⁹: habeatur: ⁊ ecclesiastico bñficio nō idign⁹: ei ab ordinatore vel successore ipsi⁹ cōpetēs bñficiū tribuat cū ⁊ si te cū de iure agere vellem⁹: te possem⁹ merito ad p̄missionē eorū compellere quos a te vel p̄decessorib⁹ tuis ordinatos fuisse cōstaret eo ꝑserti q̄ ad obtinēdū ecclesiasticū bñficium eos debes idoneos reputare quos ad ordies suscepisti. Uñ grauit̄ sustinere nō debes s̄ȝ nobis poti⁹ deuote iclinare teneris: si illos examinari p̄ alios facim⁹: quos sine examinatione nō credimus ordinatos: antecq̄ ad promissionē eoꝝ te cōpellere velimus. Mandam⁹ igit̄ quatenus eis p̄ quibus te contigerit recipe n̄ra mandata I forma cōi in maiori ecclia v̄l aliis dioce. brachareñ. p̄uidere non tardes Exceptiones autē si quas contra tales proposueris. ꝑcipimus audiēdas. I dē in cōcilio gñā.

Minus idoneus in sacerdotē p̄moueri: v̄l ad regimē aiaꝝ assumi non debet.

capl. xiiij.

Cum sit ars artium regimē animaꝝ: districte p̄cipim⁹ vt ep̄i p̄mouēdos in sacerdotes diligēter instruant ⁊ informent: v̄l p̄ seipsos v̄l p̄ alios idoneos viros: sup diuinis officiis ecclasticisq̄ s̄cris: q̄liter ea rite valeāt celebrare. Qm̄ si de cetero rudes ⁊ ignaros ordinare p̄sūpserit q̄d quidē facile poterit deprehēdi ⁊ ordinatores ⁊ ordinatos vltioni graui decernimus subiacere. Sāctius ē (maxime in ordinatione sacerdotū) paucos bonos q̄ multos malos habere ministros. q̄ si cecus cecū ducit: ābo I foueam dilabunt. Hono. iij. capl. bremeñ.

Defectus scientie deijcit iam promotum.

Quamuis multa ꝓposita fuerint cōtra ep̄z calineñ. q̄ tñ cōfessus ē corā nobis se nunq̄ de grammatica didicisse. nec etiam legisse donatum ⁊ per euidentiā facti vsq̄ adeo de illiteratura ⁊ insufficientia sua constat / q̄ contra deum eēt ⁊ canonicas sanctiones tñ in ep̄m tolerare defectū ip̄z a pōtificalis officiū executiōe ⁊ ab administratione caliñ. ecclie penit⁹ durim⁹ amouēdū. ca. xv.

De sacra vnctione. Ti. xv.

Innocentius. iii.

Ecclesiam grecorum in ordinationibus ⁊ consecrationibus seruare debet vnctiones quas seruat ecclia ro. Ep̄s autē cum consecratur inungitur chrismate in capite ⁊ manibus quod si fuerit pret missum p̄ tres ep̄os ē supplēdum.

Cum venisset ad ap̄licas se. bibchareñ. ep̄s q̄ in ꝯsecratione sua sanctā non acceperat vnctionē quoniam apud vos non consueuerunt pontifices cum consecrātur inungi: nos quod illi defuerat: mandamus in ip̄o suppleri faciētes caput eius ⁊ manus p̄ albañ. ep̄m (assistētibus ei duobus ep̄is ꝫm morē ecclasticū) sacro chrismate deliniri. ⁊ ifra. Scire te volum⁹ duas eē species vnctōis: exteriorē q̄ materialis ē ⁊ visibilis: ⁊ interiorē q̄ spiritualis ē ⁊ inuisibilis. Exteriore visibiliter inungitur corpus: interiori inuisibiliter inungitur cor. De prima Jacobus apostolus ait Infirmatur quis in vobis iducat p̄sbyteros ecclesie: ⁊ orēt sup eum: vngētes eum oleo in nomine domini: ⁊ oratio fidei saluabit infirmum. De secunda. Joh. apostolus ait. Uos vnctionē quam accepistis ab eo maneat I vobis ⁊ non necesse habetis vt aliqs doceat in vos: s̄ȝ sicut vnctio vos docet de omnibus ita faciatis. Unctio visibilis ⁊ exterior signum ē interioris ⁊ inuisibilis vnctionis. Unctio ꝟo inuisibilis ⁊ interior non solum ē signum sed etiam sacramentum q̄ si digne sumitur: v̄l agit: v̄l auget absq̄ dubio q̄d designat. Ad exhibē- c. xvi.

lium asit exterioꝛ ꝛ visibilis vnctio rꝫ: h̄ dicitur oleū qḋ dr cathecumi noꝝ vel infirmoꝝ: ꝛ cōficit chrisma qḋ ex oleo fit ꝛ balsamo mistica rōe Per oleū. enī nitoꝛ consciētie desi gnatur iuxta quod legit prudētes virgines acceperūt oleū in vasis su is cū lāpadibꝫ. Per balsamū odoꝛ fame exprimitur ꝓpter qḋ dr Sicut balsamum aromatizans odoꝛē dedi Hoc ergo chrismate vngi dꝫ epūs: non tam in corpoꝛe q̄ in coꝛde. vt ꝛ interius nitoꝛē consciētie q̄tum ad deū: ꝛ exterius habeat odoꝛē fame quo ad proximū. De nitoꝛe consciē tie dicit Apostolus. Gloria nostra hec ē testimoniū cōsciētie nostre nā omnis gloria filie regis: abintus. De odoꝛe fame. idē apostolus ait. Xpi bonꝰ odoꝛ sumus in omni loco: ꝛ aliis sumus odoꝛ vite in vitā: aliis odoꝛ moꝛtis in moꝛtē. Debꝫ ei eps bonum habere testimoniū: ꝛ ab his qui sunt intꝰ ꝛ ab his qui sunt foris vt coꝛtina coꝛtinam trahat ꝛ qui au dit dicat veni. Hoc vnguēto caput ꝛ manus episcopi consecrantur. Per caput eni mēs intelligitur: iuxta il lud. Unge caput tuum ꝛ faciē tuam laua. Per manus: opera intelligun tur iuxta illud. Manus mee distilla uerūt mirrham. Manus igitur vn gitur oleo pietatis. vt episcopus operetur bonum ad oēs: maxime autē ad domesticos fidei. caput aūt vngi tur balsamo charitatis: vt episcopꝰ diligat deum ex toto coꝛde ꝛ ex to ta anima ꝛ ex tota mēte sua. ꝛ proxi mum suū sicut seipsum. Caput iun gitur ppt auctoꝛitatē: ꝛ dignita tē: ꝛ manus ppt ministerium ꝛ of ficium. Caput enim vngitur vt ostē datur illius repſētare ꝑsonā de quo dicitur p prophetam. Sicut vnguē tum in capite. ꝛc. caput enim viri christus. caput christi deꝰ: qui de se dicit. Spiritus domini sup me eo q vnxit me euangelizare pauperibus misit me. Manus episcopi inungit. vt ostendatur accipere potestatem benedicendi ꝛ consecrādi. Unde cū eas consecratoꝛ inungit; consecra re(inquit) et sanctificare digneris domine manus istas: per istam vn ctionem ꝛ per benedictionem no stram: vt quecunq consecrauerint consecrentur: ꝛ quecunqꝫ benedixe rint bn̄dicantur in nomine domini.

Tractat de vnctione regum ꝛ de differentiis in vnctione in ter reges ꝛ pontifices Panoꝛmita.

Unde in veteri testamēto non so lum vngebatur sacerdos: sed etiam rex ꝛ propheta. sicut in libro regum dominus precepit Helye. Uade ꝛ re uertere in domū tuam p desertū in damascum. Cunqꝫ peueneris illuc vn ges azahel in regē sup syriam ꝛ Je hu filium Hausi vnges i regē sup is rahel. Helyseum aūt filium Saphat qui est de abel vnges prophetā pro te. Sed vbi Jesus nazarenus (quem vnxit deus spiritu sancto sicut ha betur in actibus apostoloꝛum) vn ctus est oleo pietatis pre consoꝛtiꝫ bus suis: qui secundum apostolum ē caput ecclie: que est coꝛpus ipsius pricipis: vnctio a capite ad brachi um ē translata: vt pricеps extūc nō vngatur in capite: sed in brachio: siue humero: vel in armo. in quibus principatus cō grue designatur: iux ta illud quod legitur. Factus ē pn cipatus super humerum eius. ꝛc. Ad quod etiam significandum Sa muel fecit poni armū āte Saul: cui dederat locum in capite ante eos q̄ fuerant inuitati. In capite xo pōti ficis sacramentalis est delinitio cō seruata: quia ꝑsonam capitis in pō tificali officio represētat. Refert autem inter pontificis ꝛ principis vnctionem quia caput pontificis chrismate consecratur. brachium ve ro principis oleo delinitur vt ostē datur q̄ta sit differentia inter au ctoꝛitatem pontificis et principis potestatem.

Tractat de christianoꝛum om nium vnctione.

Quia vero christus fecit nos in sanguine suo deo nostro regnum ꝛ sacerdotes (propter quod aposto lus petrus ait. Uos estis genus ele

Decre.

ctum:regale sacerdotiū)idcirco in nouo testamēto non solū reges ꝯ sacerdotes unguntur sed etiam oēs xpiani bis añ baptismū:scȝ oleo bñdicto pⁱmū in pectore deinde inter scapulas. ⁊ bis post baptismum .s.chrismate sancto.pⁱmū i vertice demū in fronte. In pectore nāq̄ baptisandus vngit̄:vt per sctīspirit⁹ donū abijciat errorē ⁊ ignorantiaȝ ⁊ suscipiat fidē rectā:qꝛ iustus ex fide viuit. Inter scapulas vt p spiritussancti gratiā excutiat negligentiam ⁊ torporē:⁊ bonā opatione exerceat qꝛ fides sine operib⁹ mortua est vt p fidei sacramentū sit munditia cogitationū:in pectore vt p operis exercitiū sit fortitudo laborum In scapulis q̄ten⁹ fides p dilectionē secundū apostolū operet̄. In vertice vero baptisatus inūgitur vt sit parat⁹ oī petēti de fide reddere rationē:qꝛ p caput intelligit̄ mēs.iuxta qđ legitur. Oculi sapiētis in capite ei⁹ cuius superior pars ē ratio ⁊ inferior ē sensualitas.vñ bñ p vertice que est superior pars capitis/intelligit̄ ratio q̄ est superior pars mentis. In frōte vngit̄ baptisatus vt libere cōfiteatur qđ credit. Corde credit̄ ad iusticiā ore vero fit confessio ad salutē memor ei⁹ quod dñs ait. Qui me confessus fuerit coram hoībus ⁊c. Ante baptismū ergo vngit̄ oleo bñdicto ⁊ post baptismū chrismate sancto.qꝛ chrisma soli ꝑpetit christiano. xp̄s ei a chrismate dī vel poti⁹ a christo dicitur chrisma nō secūdū nominis formaȝ sed s̄m fidei rationē. A xp̄o/o christiani dicūtur tanq̄ vncti deriuent̄ ab vncto vt omnes ꝯcurrāt in odorem illius vnguēti cuius nomē oleum est effusum.

Tractat de vnctione chrismatis post baptismum que dicitur confirmatio.

¶ Per frontis chrismationem manus impositio designatur/que alio nomine dicitur confirmatio quia p eam spiritussanctus ad augmētum datur ⁊ robur vnde cum ceteras vnctiones simplex sacerdos vel pbr valeat exhibere:hanc nō nisi summus sacerdos.i.ep̄s debet conferre qꝛ de solis apostolis legitur quorum vicarij sūt ep̄i q̄ per manus impositionem spiritum sanctuȝ dabāt quemadmodum actuum apostolorum lectio manifestat. Cum audissent (inquit) apostoli qui erant hierosolymis qꝛ recepisset samaria verbum dei:miserunt ad eos petrū et iohannem.qui cum venissent orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritū sanctum.nondum eñ in quēq̄ illorum venerat:sed baptisati tm̄ erāt in nomine dñi iesu:tunc imponebāt manus super illos:⁊ accipiebāt spiritum sanctum cuius aduentus per vnctionis mysterium designatur: quia columba in qua spiritussanct⁹ super christum in baptismo descendit:ad vesperum i cathaclismo reuertens ramū retulit virentis oliue:cuius vtriq̄ sacramentum Dauid propheta prenoscens exhilarādam faciem in oleo predicauit.

Tractat de consecratione altaris.Panor.

¶ Ungitur preterea secundum ecclesiasticū morem:cum consecratur altare:cum dedicatur templum:cū benedicitur calix non solum ex mādato legis diuine:verum etiam exemplo beati Siluestri.qui cum consecrabat altare:illud chrismate perungebat. Pcepit enim domin⁹ moysi vt faceret oleūȝ vnctionis:de quo vngeret testimonij tabernaculum et archam testamenti:mensamq̄ cū vasis. Uerum vnctionis sacramentum aliud quidem efficit ⁊ figurat: tam in nouo q̄ in veteri testamento vnde non iudaizat ecclesia:cum vnctionis celebrat sacramentum sicut antiqui mentiūt̄: qui neq̄ scripturas/neq̄ dei nouere virtutē. Nemo nemus igitur vt illum in ordinandis pbris et consecrandis episcopis morem serues ⁊ facias obseruari quē aposto.se.obseruat. et infra. Licet romanus pontifex nō vtatur baculo pastorali: tñ propter histo-

ris am: tum propter mysticā rationez tu tamen ad similitudinem aliorum pontificū poteris eo vti. ¶ De scris nō iterandis. Innocentius. iii. Tit. i6

In ordinato in subdiaconum sine manuum impositione et confirmato non chrismatis sed olei vnctione: non fiet iteratio sed supplebitur pretermissum.



cap. i. Pastoralis et infra. Preterea nos consulere voluisti si n pmitti debeat ministrare: qui sine impositione manuū fuerit ad ordinem subdiaconat9 assumptus: Et si confirmationis sacramētū i eo debeat iterari: qui per errorē fuit non chrismate sed oleo delinitus. ¶ Ad quod breuiter duximus respondēdum q in talibus nō est aliqd iterandum sz caute fuerat pretermissum. Ho no. iii. archiepiscopo lodoñ. et eius suff.

Prohibet sepultos a scismaticis exhumari vestimēta cū quibus celebrarunt iterum benedici: et altaria in quibus celebrarunt iterum consecrari.


ca. ij. A Nobis humiliter quesiuistis quid fieri debeat de mortuorum corporibus qui tempore scismatici: et reprobi vualdemarii a scismaticis sunt sepulti. Et de indumentis sacerdotalibus cum quib9 necnon de altaribus in quibus de gradati presbyteri celebrarunt. ¶ Nos autē inquisitioni vestre breuiter rñ. q non credimus ob hoc dumtaxat sepulto huiusmodi exhumandos. Aut debere indumenta talia iterum benedici Uel reconsecrari altaria supradicta. Grego. ix. archiepiscopo lōdoneñ.

Si in ordinatione presbyteri vel diaconi manus impositio fuerit pretermissa statutis temporibus supplebitur.

Ca. iij. Presbyter et diaconus cum ordinatur man9 impositio nem tactu corporali (ritu ab apostolis introducto) recipiunt. qd si omissum fuerit non est aliquatenus iterandum: sed statuto tpe ad hm̄oi ordines conferendos caute supplendum quod per errorē extitit pretermissum. ¶ Suspensio aūt manuum debet fieri cum oratio super caput effunditur ordinandi. ¶ De filiis presbiterorum ordinādis vel non. Tit. 17.

Ex concilio pic.

Illegitimus nō ordinat nisi vt religiosus fiat: nec tūc pstitur. i. ad prelaturam nō habilitat



Ut filius presbyterorū: et ceteri ex fornicatione nati ad sacros ordines non promouean'tur. ¶ Nisi autmonachi fiant: vel in congregatione canonica regulariter viuentes prelationem vero nullatenus habeant. ¶ Sedneqz serui nisi a dominis suis libertati donentur cap. i.

Alexand. iij. Lincoñ. electo.

Illegitimus illius sacerdotis qui hoc tacito per rescriptum apostolicum paternam ecclesiam impetrauit remouetur ab illa

Ad presentiam nostrā accedēs R. presbyter (tacito q esset filius sacerdotis) Ipetrauit a nobis/ vt in ecclesia in qua pater eius ministrauit/ existeret capellanus. ¶ Ideoqz mandamus quatenus si tibi constiterit q memoratus. R. in sacerdotio genitus et q pater in eadem eccla ministrauit nō obstantibus predictis litteris nostris ipsum amoueas ab eadem. Idem. ca. ij.

Non potest filius sacerdotis eccle pfne pesse. h. d. cū se. ca. iij.

Presentiū auctoritate iubem9 vt filios sacerdotum in ecclesiis paternis mistrare: vel eas quaslibet occasione obtinere nullaten9 patiaris: sed ipsos ab ecclesiis in qbus patres eorū ministrasse noscūt studeas penitus amouere. Idem vigorneñ. eppiscopo.

Idem dicit.

Conquerente nobis. w. cleri co: et infra. ¶ F. tue mandamus quatenus si publicum est: et notorium patrem. R. clerici ca. iiij

habuisse in predicta ecclesia psona: tum filiū eius ibidē ministrare: aut eiusdē ecclesie psonatū habere nullatenus patiaris et si iā institut⁹ est ibi: eū inde non differas amouere. Idem londoñ. episcopo.

Eps qui scienter contulit filio sacerdotis paternā ecclesiā: exinde eum remouere non potest.

Ca.v. Eniens ad pñtiam nostram. N. clericus nobis pposuit q cū illū ad capellā sancti. L. quā ei concessisti in presbyterū ordinasses: ipsum ea postea spoliasti: eo q pater eius in prescripta ecclesia ministrauit. Jdeoq. f. t. mandam⁹ quatenus si tibi innotuerit qñ eā sibi dedisti q pater eius pbr in dicta ecclesia ministrasset: ipsam ei restituas et in pace dimittas: amoto alio si quē instituisti forsitā in eadē. Uerū si hoc ignorās fecisti ex quo ad ecclesiam ipsam eū in pbrm ordinasti eā sibi restituas l alia ecclesia sibi prouideas vnde honeste valeat sustentari. Idem Oxoñ. episcopo.

Gratiā ptinet. Et. h. d. Ex quo filius sacerdotis est ordinat⁹ non debet carere beneficio Jo. an.

Ca.vi Roposuit nobis. R. lator presentiū: q cū ad ecclesiā de sabels dño fūdi fuerit pñtat⁹ tu curā animarū noluisti sibi pmittere: pro eo q esset filius sacerdotis. Ceterū qz indignū est vt ipse postq̄ est i subdyaconū ordinatus olno debeat ecclesiastici bñficij puisione carere mandam⁹ quatenus aliquē honestū pbrm cū assensu eiusdē clerici inuenire studeas: q ecclesie seruiat supradicte: ita q pfatus. R. medietatem omniū fructuū predicte ecclesie eidē in suo ordine seruiendo pacifice debeat obtinere. Non enī solus pbr missarū solēnia/vel alia diuina officia pōt sine ministri suffragio celebrare. Idē archiepiscopo cātu.

Filius preesse potest ecclesie cui pater prefuit mediate.

Ca.vij Ex transmissa cōquestoris Gu. clerici pcepimus q ad abbatis de castrispñtationē: in quodam beneficio ecclesie de. h. eum in pñti recipere distulisti: eo q pr eius in prefata ecclesia mīstrauit: quo defūcto media intercessit psona cui predictum beneficium est collatum. Jdeoq mādamus quatenus si est ita prenominatū Gu. ad pfatum beneficium admittere non postponas non ideo minus obseruato apostolici rescripti decreto: qd successionem in ecclesia dei hereditariā detestatur. Idem vigor. epo.

Filius preesse potest ecclesie in qua pater sine titulo ministrauit.

Ca. pñti. Onstitutus in pre. n. Gu. clericus supplici nobis insinuatione monstrauit: q cum capellam de stortoñ. canonice fuisset adeptus: et eā pluribus annis pacifice possedisset. R. miles ipsū ea sine iudicio spoliauit. Cūq memoratus clericus exinde apud te deposuisset querelam obiectū fuit et q pater suus in capella ministrauit eadem: et infra. F. tue mādamus quatenus si tibi constiterit q idē clericus a capella fuerit pdicta per potentiā laicalem eiectus: et q pater prefate capelle psona seu perpetuus vicarius nō fuerit (licet in eadem nomine eiusdem Gu. qñq ministrauerit) ipsam sibi cum redditibus preceptis restituere non omittas. Idem eboraceñ. archi.

Si is cui cōcessum est a papa vt possit dispensare cū filijs sacerdotū circa ecclesias paternas immediate tenendas cum aliquo dispensat ille per lras iusticie postea contra eum impetratas remoueri non poterit.

Ca. fin. Ex tua nobis parte est propositum: q cum olim ad tuam cōsultationem super filijs sacerdotum tales a nobis litteras recepisses: vt eos posses in ecclesijs quas patres eorum nullo mediante possederant sustinere: quos probate vite et sane conuersationis cognosceres / vel quos longo tempore illas tenuisse constaret: quidam ad iudices lras

impetrauerunt vt si constaret eos esse filios sacerdotum vel clericorum qui in primo añ eos ecclesias tenuerūt. sup his iponat eis ap. cessante silētiū ⁊ ecclias istas ipis assignēt q̄uis in eis se ostēdere neque ant per epos institutos. Sup quo ti bi. t. rñ. q̄ si p priores lr̄as cū aliqui bus clericis dispē. dispēsationē tuā posteriorū lr̄arū intuitu nolumus irritari. Alios vo clericos laice co natiōis intuitu i ecclias sine aucto ritate ponti. sui institui aut initiitu: tos remanere auctoritate apo. pro hibim⁹. Idē cantu. archiepiscopo ⁊ eius suffraganeis.

Si manifestum est q̄ filius in eccl'a imediate successit patri sine aliqua testium receptione ab illa remouebitur.

Ca. x. Quoniam est sacris canonibus prohibitū ⁊ infra. Precipimus q̄ten⁹ si manifestum ⁊ publicū fuerit p̄res i ecclesiis psonat⁹ gessisse filios ab eisdē (si etiam eas adepti sunt) penitus excludaris nec ad earum gubernationem vlterius assumant. Nolumus eñi vt causa in iudiciū deducat: vel testes etiā admittāt si hoc manifestum existat. Idem cantu. archiepiscopo.

Filius etiā legitimus remouetur ab ecclesia i qua imediate successit p̄ri vicario vel rectori.

Ca. xi. Ad extirpādas successiones: ⁊ infra. F. tue mūdamus quatenus si q̄ filii presbyterorum prouincie tue teneāt ecclesias: in quib⁹ patres eorum tanq̄ persone vel vicarii (nulla persona media) ministrarunt eos (siue geniti sint i sacerdotio: siue non) ab eisdē ecclesiis non differas amouere.

Clemens. iii. cassel. archiepo.

Filius epi legitime natus promoueri potest ad ordines ⁊ i paterna ecclesia beneficiari.

Ca. xii. Ad hec ex parte tua nostris auribus est relatum: et infra. Quod a nobis fra. tua requisiuit an a pontificibus generati valeant ad sacros ordines pmoueri si scientia fuerint ⁊ morū honestate pbabiles. Sciat. f. t. q̄ ⁊ si ex legitimo sunt matrimonio pcreati/ nec aliud canonicū obuiat licite possūt ad sacros ordines ascendere: et in eisdē ecclesiis in quibus presuntvl' prefuerunt genitores eorum benefi cium obtinere. Idem.

Non potest filius esse vicari⁹ filius ecclesie in qua pater proximus fuit rector.

ca. xiii. Michael pbr̄ de sancto germano: transmissa nobis cōquestione monstrauit: q̄ cū ecclesia sancti. J. de coronē. tue diocesis canonice sit adeptus M. filius antonii: q̄ proximo ante ipsius ecclesie habuit psonatum ad se vicariā ipsius asserit ptinere: ⁊ infra. F. tue mandamus quatenus si constiterit tibi ipsum M. fuisse filiū antonii: q̄ eiusdē ecclesie habuit proximo psonatum ei sup eadem vicaria ppetuū silētiū iponere non postponas. Idem.

Illegitime genit⁹ etiā deuxore sine dispensatione ad ordines vel beneficia promoueri nō pōt

Capl. xiiii. Litteras: ⁊ infra. Intelleximus q̄. H. in sacerdotio genitus de vxore legitima nat⁹ ⁊ cōceptus: affectauit a pueritia ministrare dño in officio clericali. Verū licet a filiis paterna incōtinētia modis oībus pcellēda noscat: si tamē aliter dign⁹ inuētus fuerit pmittimus ipsum ordinari in clericū. ⁊ ad ecclesiasticū bñficiū (vnde cōmode sustētari valeat) pmoueri. Inno. iii.

Illegitim⁹ in ecclesia paterna prebendari non debet.

Ca. xv. Cum decorē dom⁹ dei: ⁊ infra. Filiis canonicorū prebendas i eisdē eccl'iis ꝯferri nō sinatis quarū sūt canonici p̄tes eorū. Cū indecoꝝ sit vt i altaris offō illegitim⁹ fili⁹ ipudico p̄ri ministret: i quo vnigenit⁹ dei fili⁹ eterno p̄ri p salute hūani gñis victiat. Idē i pci. gña.

Si illegitim⁹ marie fili⁹ spūs ri⁹ istituat i eccl'a i qua istitutus ē p̄r/ istitutio nō valet. ⁊ initituens a suis bñficiis suspendatur.

ca. xvi Ad abolendā pessimā (q̄ in plu ribus inoleuit ecclesijs) cor ruptelā. ¶ Firmiter inhibem⁹: ne ca nonicor͞ filij maxie spurij canonici fiant in secularib⁹ ecclesijs i quib⁹ instituti sunt pres eorū. Et si fuerit cōtra p̄sumptū decernim⁹ nō valere ¶ Qui vero tales (vt dictū est) cano nicare presumpserint a suis benefi cijs suspendantur. Hono. iij.

Ali⁹ q̄ papa non dispensat vt filius in ecclesia paterna im mediate succedat.

c. xvij Dilectus fili⁹. B. p̄posit⁹ sācte M. trāsmissa nobis petitiōe mō strauit q̄ cū Uergili⁹ pbr quādā ec clesiā curā aiarū habētē quā nullo medio habuit pr eius obtineat: ip̄m monuit vt resignaret eandē: sed idē asserēs q̄ Su. remeñ. archiep̄s tūc apostoli. se. lega. dispēsauit cum eo: id efficere cōtradicit. ¶ Quocirca mādamus quaten⁹ nō obstāte dispē satione aliqua q̄ a se. apo. nō mana nerit: qd canonicū fuit (appellatiōe postposita) statuat. Gre. ix. tur. ar.

Illegitim⁹ absq̄ dispēsatiōe pape ad dignitatē vel p̄sona tū vl bñficiū curatū p̄moueri nō p̄t

cḡm. xviij. Nimis in tua p̄uincia ecclesie deformat honestas: ex eo q̄ fi lij sacerdotū ⁊ alij non legitime na ti ad dignitates et p̄sonatus ⁊ alia bñficia curā animarū habentia sine dispēsatione sedis apo. p̄mouētur. Quocirca mādam⁹ quaten⁹ p̄dict͞ p̄sonis a p̄sonatibus ⁊ dignitatibus et hmōi bñficijs prorsus amotis ea p̄sonis idoneis ɔferri faciasq̄ illos ad quos collatiōe ip̄sorum de iure noueris p̄tinere. Et ne id de cetero presumatur districtius inhibemus.

Tit. ix De seruis nō ordinādis ⁊ eor͞ manumissione. Ex cōci. tole.

Seruus ante plenā manumis sionē ordinari non debet.

cap. i.  Nstruēdi ⁊ infra. ¶ Forte dicet aliqs. Clericus fieri non p̄mittit nisi ab clericatum ingenuitatis dignitate potiat. Reue raverū dicit. ¶ Et ideo quod firmari vl vituperari potest precaueri debet. Ex eodem.

Seru⁹ sine licētia dñi ordina tus deponit: ⁊ dño restituit. ca. ii.

De seruor͞ ordinatione. ⁊ infra. Statutū est vt null⁹ ep̄or͞ del ceps ad sacros ordies eos p̄mouere p̄sumat: nisi prius a dñis liberta tem fuerint cōsecuti. ¶ Et si qlibet seru⁹ fugiēs dñm suū: qualibet cal liditate aut fraude ad gradus pue nerit ecclīasticos: decretū est vt de ponat ⁊ ei⁹ dñs eū recipiat. Ex eod.

Seruus ab ecclesia manumis sus ordinari p̄t: ⁊ qd acq̄rit post suū obitum erit ecclesie manu mittētis quā si accusat vel ɔ̄ eā testi ficatur: libertate ⁊ ordie priuatur.

Item (maxime si fama consentit) est restitutio differenda donec auditis probationibus et discussis causa sine diffugio terminetur: cum utriqz sit melius taliter expediri quam manere taliter impeditos. ¶ Quod si non habeat probationes incontinenti paratas: sed dilationes expetat longiores: quia presumitur contra eam que sine iudicio ecclesie sua tantum temeritate recessit a viro: ad restitutionem plenariam ecclesiastica debet censura compelli: quam tamen ipsa thori negando consortium debet humiliter tolerare donec probationes offerat preparatas et tunc absolutione petita: secundum formam ecclesie absoluetur: sed antequam fiat ei mandatum sub debito iuramenti receptis probationibus procedatur quemadmodum est premissum. ¶ Si vero tanta sit viri seuicia ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri: non solum non debet ei restitui: sed ab eo potius amoueri: alioquin sufficienti (si fieri potest) securitate prouisa perfecto videtur coniunx ante cause cognitionem restituenda marito.

Idem vulterano episcopo.

Per solam traductionem mulieris ad domum viri factam non precedentibus sponsalibus vel inualidis si acquiritur possessio: ubi ea recedente propria auctoritate non competit restitutio.

c.xiiii Ex parte. M. mulieris fuit propositum quod cum eam infra pubertatis tempora constitutam patruus suus filio H. senensis ciuis nondum .vii. annorum matrimonio voluerit copulare ac eadem traducta fuerit in domum eiusdem: ipsa ex quo ad nubiles annos peruenit rarum nolens habere quod a patruo suo circa hoc procuratum fuerat: a senensi et episcopo nubendi alii licentiam postulauit et infra. ¶ Quis igitur non credimus ambigendum: quin ipsa mulier cuius minor causam possit matrimonii per procuratorem tractare ac pars alia que mulieris restitutionem sibi fieri prius postulabat restitui nequaquam debeat utpote nullo iure / seu possessionis commodo destituta: cum per solam traductionem quam non precesserunt sponsalia: vel consensus legitimus: nec fuerint etiam subsecuta: nullum inter eos obligatorium vinculum sit contrarium: mandamus quatenus si est ita (non obstantibus exceptionibus supradictis) audias que hincinde partes duxerint proponenda: et quod canonicum fuerit appellatione remota decernas.

Idem.

Interdictum unde vi non competit contra illum qui non spoliauit nec spoliari mandauit: nec spoliationem ratam habuit.

Cum ad sedem apostolicam accessissent cum aretino episcopi et fratrum hospitalis hierosolimitani procuratores: et infra. c.xv
¶ Abbati de accon. causam que super ecclesia et hospitali de monte citano inter eos vertebatur taliter duximus committendam ut audiret omnia tam ad possessorium quam ad petitorium iudicium pertinentia: que utraqz pars duceret proponenda: et causam ipsam fine debito terminaret. Coram quo procurator hospitalis predicta cum possessionibus et pertinentiis suis que tenebat episcopus sibi restitui postulauit: asserens illa de iure ad hospitale hierosolimitanum spectare: et quod ipsa diutius possedisset. Ad que respondit procurator episcopi se nec scire / nec credere supradicta ab hospitali possessa: vel ad illud aliquatenus pertinere: que cum episcopus utpote in sua diocesi constituta rationabiliter detinebat. Cum igitur ad fundendam intentionem suam pars utraqz testes produceret: dictus abbas procuratorem episcopi condemnauit ad restitutionem olim predictorum: et infra.
¶ Nuper autem utriusqz partis procuratoribus comparentibus coram nobis / causam ipsam examinauimus diligenter: et quidem per testes videbatur esse probatum quod cum aretini episcopi nuncius cruces hospitalariis abstulit: inhibendo ipsis ne ad supradictam ecclesiam: vel hospitale redirent et quod episcopus supradicta omnia possidebat: unde procurator hospitariorum petiit dictam restitutionis sententiam confirmari; et infra.

¶ Nos vo⁹is acta iudicij recensentes q: nec p dicta testiū/vel cōfessiones partiū: cū nulle penitus in iudicio facte fuerint: vel etiā instrumenta que nullatenus de spoliatiōe tractabāt nec p euidentiā facti nobis constare potuerit: q cumanū .epūs hospitalarios spoliauerit: vel mandauerit spoliari: vel spoliationē factā saltē ratam habuerit: pronūciauim⁹ in questione pdicta interdictū vnde vt locū nullatenus habuisse: restitutiōis sententiā a predicto abbate prolatā (licet pars aduersa pponeret q presumēdū esset p snia iudicis q motū animi sui potuit ex caussis aliūs informare) iusticia exigēte cassātes. ¶ Idē.

Exceptio inopie de qua cōstat a clerico opposita impedit executionē snie etiā late in possessorio h.d. cōprehendēdo mentem littere z veram lecturam.

c.xvi. Cum vobis dedisse meminimus in mandatis: vt ouetēn. epm ad debitā partis restitutionē zamorēn. dio ce. quā tenebat cuz inde pceptis fructib⁹ cogeretis: z infra. ¶ Uerū qm inanis est actio quā inopia debitoris excludit: mādamus quatenus nō prius epm ad restitutionē fructuum cōpellatis: q ipe fuerit aliter restitutus vt restituere possit qd pcepit de puentibus alienis. ¶ Idem.

Per excōicationis pbationez non probatur quasi possessio iurisditionis lz aliqbus dieb⁹ fuerit obseruata: id petēs restitutionē hoc solo probato succumbit. hoc dicit quo ad intellectum.

c.xvii Cum inter te pro abbatia tua: z parisien. epm nole parisien. ecclesie super possessione iuris parrochialis in parrochia de monte qstione suborta: z infra. ¶ Nos attendentes q ex eo solo q populus pdicte parrochie timore sententie sue p aliquot dies abstinuit a diuinis: nullā in eos iuris parrochialis possessionem idē epūs fuerit assecutus: nec fuerit aliquo modo pbatū q eo tēpore quo sententiā ipe protulerit/possessionē in ipsis iuris parrochialis habe ret: vel prius etiam habuisset restitutionem ei adiudicare de iure neqmimus: cum ipsum non cōstiterit spoliatum. ¶ Idem in concilio generali.

Recipiēs scienter rē iuasam a spoliatore tenet eaz spoliato restituere: lz non probet dominium.

c.xviii Epe ptingit q spoliat⁹ p spoliatorē in aliū re trāslata dum aduersus possessorē non subuenit p restitutionis bñficiū spoliato: commodo possessionis amisso propter difficultatē pbationū iuris pprietatis amittit effectū. ¶ Unū non obstante iuris ciuilis rigore sancim⁹ vt si quis de cetero rē talē receperit: cuz spoliatori quasi succedat in vicium eo q nō multū intersit quo ad periculum aie iniuste detinere ac inuadere alienū: contra possessorem hmōi spoliato per restitutionis bñficium succurratur. ¶ Grego.ix. epo lucan.

Occupans certū locū in quo quis iura libere possidebat si p ipsius occupationē nō pōt possessor sua iura libere possidere: sicut prius cōueniri pōt possessorio p libertate possidendi z restitutio fieri non potest nisi dimittat locum l pristina libertate. h.d. valde singularis.

ca.xix Pisanis ac lucanis ciuib⁹ per grauē discordiā quā diu iter se habuerant afflictis grauiter z attritis: z infra. p. subdiacono nostro dedimus in mandatis vt possessiōe quā in quibusdā castris constat lucanā ecclesiā habuisse: sibi plene ac libere sicut tempore mote discordie habuerat restitutā z super ea de qua dubietas orirer sufficienti cautione recepta q iuri corā nobis predicti pisani parerent: prolatas p occupatione castrop ipsop in eos sententias relaxaret: z infra. Pisanis igit asserentibus: q p te stabat quo minus tibi iurta mandatū nostrum fieret restitutio: z instanter petentibus vt dictas sententias prefat⁹ subdiacon⁹ relaxaret ipe receptis cautionibus de parendo iusticie coram nobis sententias relaxauit easdem. propter quod reputans te grauatū

ad nostram presentiam accessisti: impugnaturus processum subdiaco. sepedicti: ꝛ infra. Porro duo ĩ nostro continebantur mādato: vt videlicet possessio quā constabat lucañ. ecclesiam habuisse tēpore mote discordie prius restitueretur eidē: ꝛ vt eiusdē possessiōis restitutio fieret plene ac libere sicut eam habuerat tēpore supradicto: quoꝝ primū ad factū: alterum vero referebatur ad modū: pñ licet (prout pars pisanoꝝ dicebat) ĩ facto mandati formā subdiaconus ipse adimplere nequerit: qꝛ non poterat facere tibi restitui possessionē castroꝝ de qua nō cōstabat eidē nec etiā (sm quod tuipse dicebas) afflictuum ꝛ pensionū possessio poterat tibi restitui: qꝛ ea non fueras spoliatus: fuit tñ in modo peccatū: qꝛ debuit facere vt pisani possessionē pēsionum ꝛ affectuū quā ꝑ eoꝝ ꝯfessionem constabat te in castris predictis habere: tibi dimitterent plene ac libere sicut ecclesia tua illā habuerat tēpore mote discordie qđ quidem esse non poterat: nisi pisani castra ipa oĩno dimitterent: qꝛ illis detinentibus castra ꝛ mutationes castroꝝ in q̄bus dictas pēsiones recipis ꝛ affectꝰ ea plene ac libere habere non posses sicut habebas qñ ipsi castra eadē minime detinebāt: eo ꝙ q̄diu ea detinēt: in eoꝝ potestate relinquit te non admittere vel repellere qñ velint. His ergo diligenter auditis processum huiusmodi de fratrum nostroꝝ cōsilio irritum iudicamus.

¶ De dolo ꝛ contumacia.

Alexan. iij. herfordeñ. episcopo.

Reus qui mittendū in possessionē ad mandatū iudicis nō admisit: non mulctabit de canonica eq̄tate si infra annū caueat stare iuri.

Cap. i. In hec cū cōtingat actorem multotiens mittendum esse in possessionē causa rei seruande propter absentiā partis aduerse ꝛ ꝑ eius dolū siue potentiā non possit rē custodiēdam nancisci ac imminēte fine anni reus ne possessionem amittat debitā offerat cautionē cuiusmōi sit pena mulctandus: qꝛ iussioni non paruit iudicis a nobis tua fraternitas req̄siuit. ¶ Ad quod dicimus ꝙ in ecclesiasticis personis ꝛ negocijs rigor et districtio iuris non requirit: sed cum iusticia propter hoc non periclitat: patienter admitti debet cū reus per cautionē standi iudicio se astringit.

Idē abba. de rameser archi. helieñ.

Propter contumaciā rei pōt iudex rem petitā sequestrare: et ipsum contumacē in expensis condēnare quas propter ipsius cōtumaciam vel dolosam exceptionē actor fecit hoc dicit panor.

Ex litteris vestris accepimus ꝙ cū vobis causam q̄ inter monachos de etoll. ꝛ canonicos lincoñ. super ec. de. U. et. M. vertitur duxerimus committendā: ꝛ canonici citati legitime se cōtumacit absentarunt: vos licet monachi essent ob contumaciā aduerse partis in possessionē rerū petitarum mittendi: intuitu tñ religionis mitius agere cū eis volentes possessionē sequestrari fecistis vt sic saltem canonici affecti tedio stare iudicio cogerentur. tandē monachis ec. sibi postulantibus restitui canonici responderunt auctoritatem vestrā penitus expirasse eo ꝙ ad alios iudices litteras impetrarunt q̄ preiudicare prioribus videbantur. Ca. ij. ¶ Uerū quoniā in posterioribus litteris non fuit mētio facta ꝑorū. nec in eis nomina continebantur ecclesiarum que in prioribus posita fuerant: sed indiffinite dicebatur super quibusdā ecclesijs nos attēdentes maliciā ꝛ dolum nulli patrocinari debere: mandamus quatenus predictā causam sm formā prioꝝ litterarum (non obstantibus posterioribus) terminetis expensas quas propter hoc monachi fecisse noscuntur eis a canonicis restitui facientes.

Idem exoneñ. ꝛ ventonieñ. epis: et abba. herfordeñ.

Actore contumace testes recipi ꝛ sententia ferri debēt etiā

lite non contestata reo instante. h. d secundum communem intellectum.

Ca.iii. Causam que inter. F. & R. filiu Agathe de natiuitate ipsius. A vertitur vobis fratres epi: & lodoni. epo cōmisimus terminandā. & infra. Ceterū si aduersarius suus legitime citatus ad presentiam vestrā accedere/vel iudicio ecclesie parere cōtempserit: aut etiā se absentauerit: cum de anglia recessisse dicatur: procuratorem eius si quē reliquerit cōuocetis: qui siue venerit siue nō aut si procuratorem non dimisit: denunciationibus ad domū eius missis receptis testibus alterius partis iuxta dictam formā ad proferendam sententiam procedatis. Urba. iii. de nouo loco & de viger. prioribus.

Si reus post litem contestatā est contumax: si al's liquet de causa ferē diffinitiua snia si nō liqt actor in verā possessionē inducitur.

Ca.iiii. Prout nobis. & infra. Reum qui contumaciter a presentia vestra recesserat/iuratoriam coegistis exponere cautionē: q coram vobis iuri pareret. Cūq die prefixa vestro se conspectui presentasset pretextu ad uocati quē non habebat respondere solita malicia recusauit. Tādē actore instante respondit: q. xl. annis decimas (de quibus erat contētio) percepisset: varijsq postmodū excusationibus vtens in vocē ap. prorupit et contumaciter iuramēto contēpto recessit. Ideoq mandamus quatenus ad cōuincendā eius maliciaz semel eum ad pre. vestrā cōuocetis et si venerit: finē imponatis negocio competentē: q si venire contēpserit causam (vtpote lite que ingerit con testata) diffinitiua snia terminetis/ vel presenti saltē adiudicetis possessionem. seruata duntaxat questione proprietatis absenti.

Inno. iii.

Qui fundata intentione actoris exceptionē peremptoriam obijcit quā non probat incontinenti sed accipit inducias si defecerit in probando condēnatur incontinenti diffinitiua nō expectata in expensis ac soluere cogitur: q si non potest punietur in corpus s̄m arbitriū iudicis. h. d. nota iste text. s̄m lecturam. que placet pan.

Ca.v. Finē litibus cupientes imponi ne partes vltra modū grauētur laboribus & expēsis p̄sertim cum de bñficijs ecclesiasticis litigatur q sine dispēdio diu vocare nō possunt Cōpāti decreto statuimus vt postq intentionē suā altera pars fundauerit si reliqua fortevoluerit legitimā exceptionē opponere quā nolit aut nequeat incontinenti probare. (Qr frequenter ad īpediendū vel differenduz processum exceptiones huiusmodi p excogitatā maliciam opponūtur) ad soluēdas alteri parti moderatas expensas extunc in iudicio faciendas cū acceptis inducijs si forsitā in probatione defecerit cōdēnetur. Et si soluendo non fuerit alias s̄m arbitrium discreti iudicis puniatur: vt hoc saltē timore perterritus non facile q̄s in grauamē alterius falsas exceptiones opponat. Idem prenestineñ. episcopo ap. se. leg. & decano briñeñ.

Citatus ad totā causam certo termino ad comparendū assignato tenetur cōparere in termino et dato impedimēto in termino: debet cōparere q̄cītius pōt post terminum al's condēnabit in expensis tempore citationis emisse.

Ca.vi. Cum dilecti filij nūcij leodiceñ. electi pro eo ad se. apo. accessissent archidiaconus & H. canonicus leodiceñ. ecclesie nomie suo et quorūdam concanonicoꝝ suoꝝ quorum lrās exhibētes de rato: contra eundē electū quedā crimina proponebant: p que nitebantur eū ab electione repellere vt indignū: & infra. Quāuis aūt ex eo q idem electus a grauamine aduerse partis appellationē non fuerit p sufficientes procuratores cū possit (illis prosequentibus) prosecutꝰ nō leuis exorta esset suspicio contra eū. Uolētes tamē iuris ordinē obseruare ipsi mandas

mus quatenus vsq3 ad dñicã qua can
tatur ego sum pastor bonus: per se
vel per procuratorem sufficientẽ ad
pñtiam nostrã accedere: sup predi=
ctis oĩbus responsurus alioquin cũ
assignaremus ei pro peremptorio ter=
minũ supradictũ sciret q (q̃tum de
iure possemus) procederemus ex tũc
in negocio memorato. ¶ Expectan=
tibus igitur aduersarijs ipsum diu
vltra terminũ duximus expectãdũ:
sed ipse direxit simplicẽ solũmodo
nunciũ: excusationis lr̃as afferentẽ
scribebat eñ q nunciũ (cui cũ a no=
bis recederet iniũximus viua voce:
vt citaret eundẽ) sero receperat: vñ
non poterat: tũ propter termini bre
uitatẽ tũ propter viarũ discrimina
nostro se conspectui pñtare. Sed cõ
tra hoc faciebat: q sicut excusatorẽ
direxerat sic dirigere poterat respõ
salem cũ ei non fuisset iniunctũ vt
ad causam i propria psona duntaxat
veniret: sed vel ipse accedere vel pro
curatorem idoneũ destinaret. Pre=
terea cũ mandatur alicui vt ad cer=
tum terminũ se iudici representet:
duo sub hac forma mandant: vt ad
iudicẽ veniat & ad diem sibi prefixã
accedat: vnde si venire non possit ad
diẽ assignatum: tenetur nihilominus
se iudici presentare. Si eñ mandat
alicui vt aliq̃ ad certum diẽ certã rẽ
exsoluat: nõ ideo erit a mandato so
lutus si soluere nequiuerit die data
immo ad solutionẽ (elapso etiã die
solutioni prefixo) tenetur. ¶ Qua=
propter quia dictus electus nec ve=
nerat: nec sufficientẽ miserat respõ
salem ad diẽ sibi statutum / vel post
etiam diutius expectatus / nec de vi
cino eius aduentu spes erat; vtpote
qui per litteras vtcũq3 excusauerit
moram suã & calores estiuos & insi=
dias sibi positas formidabat eũ re=
putauimus contumacem & ad legiti
mas & moderatas expensas quas ad
uersarij eius fecerant a tempore ci=
tationis emisse quẽ extunc expecta=
re inceperant: ipsum curauimus cõ
demnare. Idem armachano
& caselen. archiepiscopis.

Sententia in causa beneficiali
non transit in rẽ iudicatam re
spectu superioris quominus possit
de iuribus partium inquirere: maxi=
me quando sententia fuit lata con=
tra absentem: licet contumaciter et
indefensum.

Cum olim. M. clericus. L. pape c.vij.
prede. no. diuersis prelatorum
hibernie litteris presentatis se asse=
reret in episcopum fuisse roscen. ele
ctum: nullusq3 appareret qui aliq̃d
contra eum proponere dictus pred.
no. ei munus fecit cõsecrationis im
pendi postmodum. F. & B. monachi
ad eiusdem prede. no. presentiam ac
cedentes: vterq3 se asseruit a canoni
cis roscen. ecclesie fuisse electum: &
q predictus. M. per falsas litteras
fuerat consecratus propter qd idem
prede. no. causam vobis sub ea for=
ma commisit: vt de forma & processu
electionis memorati. M. sollicite q̃
reretis: et si enim electum canonice
fuisse constaret: ipsum faceretis pa
cifica possessione gaudere alioquin
inter pdictos. F. & B. audiretis cau
sam: et cuius electionem canonicam
et magis rationabiliter factam inue
niretis: alterius curaretis electioni
preferre: et infra. Cumq3 a vobis di
ctus. M. tertio citatus vestro se no=
let conspectui presentare: procedẽ=
tes in causa tam ex testimonio cleri
et populi roscen. ecclesie q̃ assertio
ne regis coarcaye & prelatorum pro
uincie predicto. F. electionem fuisse
celebratam canonice didicistis: & eã
curastis auctoritate aposto. confir=
mare, presertim cum capitulum ro=
scen. ecclesie dictum. M. se non ele=
gisse constanter assereret nec de pre
dicti. B. monachi electione aliqua=
tenus cogitasse. Interim memoratus
M. ad aposto. se. accedens super qui
busdam alijs grauaminibus & iniu=
rijs contra dictum. F. & quosdam a
lios litteras impetrauit dictus. F.
postmodum ex parte vestra nobis lit
teras presentauit que qualiter a vo
bis in cõmissione predicta processum
fuerat continebant: et infra.

Uolentes igitur adhuc misericor
diter agere cum absente vt eiꝰ mali-
cia cõuincatur dictũ. F. ad vos du-
ximus remittendũ mãdãtes quatenꝰ
nõ obstãte ꝙ eiusdem. G. fuit ele. cõ-
firmata sepedictũ. W. si in hibernia
poterit inueniri: legitime citetis ad
causam: ⁊ facultate sibi defensiõis
indulta (in causa ipsa canonice ꝓce-
datis. Qui si inuẽtus infra tres mẽ-
ses vestro se cõspectui cõtempserit
ꝓsentare ad cõsecrationem dicti. F.
(omni occasione postposita) ꝓceda
tis. Si autẽ in hibernia inuẽtus non
fuerit indulto sibi vnius ãni spa. ex
quo ad nos ⁊ si nõ verbo facto tamẽ
intelligitur ꝓuocasse: arrepto itine-
nere ad se. apo. veniẽdi dicto. F. ad
ministrationẽ ro. se. ec. i spũalibus
et temporalibꝰ cõmittat (quo elapso
eum non differatis in episco. conse-
crare. Idem.

Si ꝓceditur per viã inq̃sitio-
nis cõtra absentẽ ꝯtumaciter
etiam lite non ꝯtestata testes recipi
possunt/⁊ sentẽtia diffinitiua ferri
etiã per viã depositionis si hoc me-
retur delictum.

c. viij. Ueritatis est ꝟbũ organo do-
minice vocis emissum: ⁊ infra.
Sicut canonici curieñ. in nr̃o au-
ditorio retulerũt. P. curieñ. epi ec-
clesiã suã nõ solũ dilapidãdo depssi-
sit sicut publica ꝑdicabat fama: sꝫ
homicidio incestu aliisqꝫ criminibꝰ
polluit: ⁊ infra. Sup his ꝯmisimꝰ
primo causam tridoñ. epo et abbati
mõtis sancte marie ꝓposito de insula
Scõo quoqꝫ birieñ. epo ⁊ ipsis ab-
bati ⁊ ꝓposito ⁊ infra. Uerũ cũ eps
ipe priorũ iudicũ ꝓsentiã adire per
cõtumaciã ꝯtempsisset auctoritate
nr̃a fuit per ipos iudices ab officio
bñficioqꝫ suspẽsus: ⁊ infra. Tandem
ꝟo corã iudicibꝰ canonica citatione
vocatꝰ ꝓsentiã suã difficulter exhi-
buit: sꝫ friuolã tũc excusationẽ ma-
licia cõcepta pretẽdẽs experiri cum
canonicis i iure neglerit q̃ de causa
nos de ꝯsi. fra. nos suspẽdẽtes epm
ipsum vel potius suspẽsionẽ a iudi-
cibus factam auctoritate apo. cõfir-
mantes tertio sup his cũano epo et
abbati sancti. A. causam ad superan
dam malicia ipsius epi cõmisimꝰ au-
diendã q̃ partibus citatis cum nec ꝑ
se nec ꝑ responsalẽ idoneũ cõparue
rit in eundẽ propter inobedientiã et
cõmunicationis sñiam ꝓtulerũt te-
stes ex parte vestra (quemadmodũ i
mandatis a nobis acceperãt) admit
tẽtes: scꝫ abbates: priores ꝓpositos
⁊ alios religiosos viros ꝑ q̃s quelis-
bet articulũ criminũ ꝑdictorum cõ-
stat fuisse ꝓbatũ/⁊ infra. Nos igi
tur vidẽtes ordinẽ iudiciariũ i hoc
facto fuisse seruatũ: cõsiderato pre
terea ꝙ post sñias i se datas celebra
re ꝓsumpserit: cũ multi ꝓlati eccle-
siarũ: cõtra eundẽ episcopũ scripse
rint: nec vnus pro eo defendẽdo vel
aliquatenꝰ excusando in nomine do
mini cũ apostolo omnẽ inobediẽtiã
vlcisci volentes: licet absentes cor-
pore ꝓsentes tamẽ spiritu iuxta ꝟbũ
eiusdẽ apostoli tulimꝰ sentẽtiã per-
petue depositionis in ipsum: ⁊ eum
tam a pontificali q̃ ab omni officio
sacerdotali priuantes: sine spe resti-
tutionis aliqua duximus cõdemnã-
dum: ea nihilominꝰ in irritum reuo-
cãtes q̃cunqꝫ post inhibitionẽ apo.
se. seu factã suspensionẽ et excõica-
tionem de rebꝰ ecclesie alienare pre-
sumpsit. Idem in cõcilio gñali.

Actor non admissus in posses-
sionẽ sibi decretã per iudicem
causa rei seruãde vel ab ea expulsus
ꝑ lapsum anni verꝰ efficit possessor.

Contingit interdũ ꝙ cũ actori
ob cõtumaciam aduerse parti Ca. ix.
adiudicatur (causa rei seruãde) pos-
sessio ꝓpter rei potentiã siue dolum
actor infra annũ rem custodiendam
nãcisci nõ potest: vel acquisitã amit
tit: ⁊ sic (cum ꝺm multorũ assertionẽ
verus nõ efficeret post lapsum anni
possessor) reportet cõmodũ de ma-
licia sua reus. Ne igit cõtumax me-
lioris q̃ obediens conditionis exi-
stat: de canonica equitate sancimꝰ:
vt in casu premisso actor verus con
stituatur elapso anno possessor.
Grego. ix. archiepiscopo burdega.

Si reus nō inuenitur sufficit publice citationem ad ecclesiā suam proponi.

cap.x Venerabilis.f.n.ꝛ infra. Uolentes finē imponi litibus ne immortales existāt. Mādamꝰ quatenꝰ ad initiū prime venture quadragesime quod tibi peremptoriū terminū ducimꝰ assignandū: sup iure primatie qd bituricensis archieps in te ac in puincia tua se habere pponit: per te vel per pcuratorem idoneū sufficienter instructū ad litem cōtestandam: et alia oia negocia peragenda que necessaria decisioni negocij videbūtur: nostro te cōspectui representes. Nos vero nichilominꝰ archidiacono transuigesi. ꝛ magistro. M. canonico turoñ. dedimꝰ in mandatis vt ꝛ ipsi ad eundem terminum auctoritate nostra iuxta premissam formā te peremptorie citare pcurēt et si nō poteris inueniri: faciant vt citatiōis edictū per ipsos vel alios apud ecclesiā tuā publice pponat.

De eo qui mittitur in possessionē causa rei seruande.

Alexander.iij. priori ꝛ fratribꝰ de gullesburh.

Missus in possessionē ex pmo decreto in reali plapsum anni verā ꝛ incōmutabilem illius rei possessionem acquirit: licet passus missionem habuerit infra annū voluntatē cautionem standi: quā tamē nō deduxit te ad effectū suo defectu. h. d. ſm verum intellectum.

c. j. 

Onstitutis in psentia nostra. R. canonico vestro ꝛ respōsalibus ppositi de beril. super possessione ecclesie de lamēto l quā causa rei seruande fueratis inducti hincinde fuit coram nobis aliqdiu disputatū tādem ex vtriusqz partis assertione tenuimꝰ ꝙ licet causa rei seruāde tantū in eiusdem eccle possessionē inducti fueritis infra annū tamē altera pars standi iuri nō prestitit cautionē licet volūtatem prestandi habuerit: ꝛ vos eā parati recipere fuissetis. Ideoqz decernimus vt amodō possessionem pscripte ecclesie (saluo iure qd idem ppositus in petenda eccl'ia habere dinoscitur) absqz cōtradictione qualibz habeatis. Ut autem nr̄e diffinitiōis sentētia inuiolabiliter obseruet: eā apostolico ducimꝰ patrocinio roborādā. Cle.iij. epo ꝛ archi. eboracē.

Tempus annale nō currit missionē passo si infra illud cautionem iudicibꝰ vel alteri eoꝝ aliis absentibꝰ obtulit licet p eos seu per eum recepta non fuerit. Et est casus notabilis ſm hunc intellectum.

Um sicut accepimus inter. p. subdecanū et abbatissam ꝛ cō- ca.ij.
uentū sancte trinitatis super ecclesia de capit. questio verteretur: thesauri ꝛ de corint. abbates ac archidiaco. chime. a se. apo. delegati: moniales ipsas rei seruāde causa l possessionem rei petite miserūt vnde cū hoc ad subdecani notitiā peruenisset ad archidi. predictum accessit ꝛ offerens ei sistendi iudicio cautionem (quoniā abbas de corinth. pfectus erat in angliā ꝛ abbas thesauri. viam fuerat vniuerse carnis ingressus) possessionem infra annum sibi resignari cum instantia postulauit sed nō potuit obtinere: ꝛ infra. Dis. p. mandamꝰ quatenꝰ si est ita sistendi iudicio ab eo cautione recepta ei possessionem restitui faciatis nec obstare volumꝰ ꝙ ānus elapsus esse pponitur si per eum nō steterit quominus infra annū ꝛ possessionē receperit ꝛ dederit cautionem.

Inno.iij. pz. ꝛ senagolen. epis.

Si passus missionem repetēs possessionem allegat se cōtumacem non fuisse restituitur in pristinum statum prestita cautione: et dilata condemnatione expensarum quā euitat si postea constiterit eum nō fuisse contumacem.

Um venissēt ad apo. se. abbas ca.iij.
sancti angeli. ꝛ p. gall. idē p. proposuit ꝙ predictus abbas cum

super quadam possessione corā Jo. epo. se. legato traxit in causam: τ infra. Uerum legatus ipse causam cōmisit iudicibus secūdum ius τ bonā terre consuetudinem terminādam: qui cum sm ius tantum pellent pcedere: prefatus P. nostram audientiā appellauit: sed iudices nihilomin⁹ partem aduersam in possessionē rerum petitarum inducendā causa custodie decreuerunt ita φ si vsq; ad annum et diem prestaret sistendi iudicio cautionem τ parti alteri. xxx. libras restitueret pro expensis reciperet possessionem eādē. Cunq; G. se. apo. le. infra annum fuisset terrā illam ingressus: ipse cautionē stans di iuri obtulit coram eo: τ possessionem sibi restitui postulauit paratus expēsas restituere factas in lite que vi. librarū summā (sicut asserit) non excedūt: sed abbas. xxx. librarū sibi restitui petit quantitatem: τ infra. ¶ Nos igitur ipsum P. cautione prestita in possessionem credimus reducendum / hoc etiam decernentes vt si cōsuetudinem quam allegat laudabilem esse constiterit: quia ex hoc sequitur eum rationabiliter appellasse: ad restituendas expensas nullatenus cōpellatur: alioquin (cuz ex hoc appareat eū frustratorie prouocasse) ad restitutionem cogatur expensarū illarū quas abbatem cōstiterit propter hoc necessarias in lite fecisse. Gregorius .ix.


Contra absentem qui nō dimisit pcuratorem facta citatiōe domi nullo defendente; fit missio. h. d. supplēdo ad litterā maxime vt dicitur in glo. Et est verus τ notabilis intellectus.

ca. iiij. Si aduersarius tuus post citationis edictū ad remota loca se trāsferens pcuratorem legitimū nō dimisit: et denunciatione publice facta domi nō apparet qui defendat eundem. ¶ Jure petere potes vt in possessionem earū terrarū de quib⁹ qstio vertit cā custodie inducaris.

Ut lite pendente nihil innouetur.

A [illegible] ebozacē. archiepiscopo.

Priuilegiū etiā a pncipe impetratū per qd priuarī qs sine cause cognitiōe lite pēdēte vsu possessionis tācq surrepticiū nō valet: seu tācq rationi obuiūē reuocādū.



ca. i. Memoria nostra nō excidit: τ infra. Statuim⁹ vt littere phibitionis quas ad petitionē archiepiscopi cātuarien. t. f. direximus nullū preiudicium faciāt quominus tibi: τ successorib⁹ tuis liberum sit (quemadmodū vobis est beneficio priuilegiorū apost. se. indultum: τ tu et predecessores tui ɔsueuistis facere) āte vos per totam angliā deferre crucē quousq; diffinitiua sententia decernatur an eccla tua de iure hoc debeat habere. Cle. iij.

Accusatus de adulterio ad separationē thori non debet lite pēdēte priuari possessiōe cōiugali.

ca. ij. Laudabilē: τ infra. Queris qū matrimoniū accusare contingit an statim sit carnale cōmercium suspendendū: τ infra. ¶ Ad qd breuiter respōdemus φ cōiugū alterutrum accusatus ante pbatam accusationem iure qd habz in altero puari non possit. Inno. iij. abbati et conuentui sancti siluestri.

Qui rem litigiosam alienauit ita φ rehaberi non pōt debet equiualentē substituere in locū illi⁹ quā alienare nō poterit. h. d. cū se.

ca. iij. Ecclesia sancte marie ipsa lata cōtra Johānē deateia: q̄ quasdam possessiones ipsius dicebat cōtra iusticiaz detinere: mouit sub. I. iudice questionē: τ ifra. ¶ Prohibemus ne possessiōes que successerūt in locū τ ius illarū τ quas ab Joh. de ateia eccla sancte marie petierat in monasteriū vrm ab eodē. Jo. lite. pen. trāslātas alienare iterim presumatis vt si eccla sancte marie de vitio litigiosi cōtract⁹ vel de ppetate voluerint experiri ne (si obtinuerit in iudicio in vanū laboret monaste

rio vestro minime possidente) sit quod euincere valeat & habere. Idem.

Idem dicit quod in precedenti.

ca.iiii Ecclesie sancte marie: et infra. Possessionem que fuerat (pretermisso iuris ordine) predicta ecclesia spoliata sibi restitui postulabat: & infra. Nos quicquid ab aliis factum fuit postquam. P.n. ad curiam suam idem negocium reuocauit: irritum decernimus & sane & infra. Uerum quoniam prefatam possessionem nobis facta ab Jo. de ateia aliis loca tionis titulo assignastis neque resti tuere poteratis ecclesie spoliate loco ipsius tantundem possessionum equiualentium ad arbitrium bonorum virorum ipsi ecclesie fecimus assignari quas cum aliis fuerant pignori obligate per vos liberari fecimus a creditoribus qui nobis instrumentum pignoris resignauerunt. Hono. iii. cancellario cantori & a. canonico pari.

Lis decidenda est secundum iura existentia controuersie non autem secundum priuilegium impetratum lite pendente: nisi de litis pendentia mentionem faciat.

cap.v. Dilecti filii magister. A. prosona ecclesie de basseuilla expo suit coram nobis: quod cum inter predecessorem suum ex parte vna & priorem ac monachos de basseuilla ex altera super decimis noualium infra fines parrochie sue existentium questio emersisset: ea pendente coram iudicibus delegatis: abbas & conuentus maioris monasterii turon. quibus subsunt prior & monachi supradicti: pro se ac membris suis obtinuerunt a se. ap. indulgentiam super perceptione huiusmodi decimarum: cuius pretextu prior & monachi supradictas decimas sibi vendicare contendunt: licet in indulgentia de dicta questione facta mentio non fuisset. Ideoque mandamus quatenus eisdem iudicibus iniungatis vt (indulgentia non obstante predicta) in negocio ipso procedant iuxta traditam sibi formam.

De sequestratione possessionis & fructuum.

Inn. iii. mediolan. archiepiscopo.

Res in quam facta est missio non debet sequestrari etiam si missus inde fuerit violenter electus. vel notabilius sic. Sequestrum factum loco missionis propter scandalum euitandum reuocari debet oblata cautione & restitutione expensis.

cap.i. 

Ad hoc vnit nos de & infra. Abbas de regula nobis exposuit: quod cum W. p. tuus semper causa que inter ipsum & monasterium suum fuerat agitata obtinuisset ponen. eius litteras destinari & ipse super iudicio possessorio partim pro monasterio partim pro archiepiscopo sententiam protulisset procurator ipsius monasterii questionem de proprietate postmodum intentare volente archiepiscopus iurisdictionem episcopi opposuit expirasse: asserens causam possessionis tantum & non proprietatis fuisse commissam: et quia super possessione pronunciauerat semel functus officio suo super questione proprietatis deinceps cognoscere non valebat: & infra. Sed iudex actorem in possessiones (que fuerat per ipsum archiepiscopi adiudicata) propter eiusdem contumaciam mitti decreuit a qua tamen archiepiscopus violenter monasterium eiecit & infra. C. papa. p.n. sic suum interpretatus fuit rescriptum: quod tam causa possessionis quam proprietatis fuerat iudici delegata: cum absolute & indistincte commissa fuerit: & eius continentia diuidi non deberet: prelibatam quoque possessionem pro suo arbitrio sequestrari precepit inium ges reg. & mutin. episcopis vt de causa possessionis & proprietatis plenius cognoscentes: eam debito fine deciderent: & possessionem ei parti postmodum resignarent: que obtineret de proprietate triumphum & infra. In eum statum continentiam cause reducimus in quem fuerat cum predictus. p.n. causam proprietatis & possessionis regin. et mutin. commisit mandato sequestrationis penitus reuocato: & infra. Ne autem monasterio videamur in suo iure deesse moderatas expensas (ex quo episcopus veron. ipsum in possessionem induci decreuit vsque ad satisfactionis tempus oblate) propter hoc factas sibi restituendas esse censemus & a te sufficienter est prestandi in iudicio cautione.

No.iij.Lozi de bene.ꝛ deca.de calis.
Si missus in possessionē cau=sa custodie fructus dissipat: dissipati reuocautur:ꝛ cum alijs se=questrantur.

ca.ij. Dilectus.f.R.rector eccl'ie de betulia suis nobis petitione monstrauit:ꝙ cū inter ipsum ex parte vna ꝛ abbatē ꝛ conuentū de celte ris ꝛ altera sup eadem ecclesia corā abbate de ssibitos.ꝛ ei⁹ collegis quo=modo verteret:iudices ipsi ꝑdictos abbatē ꝛ conuentum in possessionē ipsius ecclesie causa custodie indu=xerunt:qui fructus medio tempore perceptos pro sue distrahunt libito voluntatis ¶ Quocirca mandamus quatenus si est ita facientes fructus sequestrari predictos:si quid de ip=sis p eos distractum inueneritis ita=tum pristinū reuocetis. Grego.ix.
Si reus possessor appellat a sententia contra eū lata:licite rei petite fruct⁹ sequestrant si dissi=pentur a deo.

ca.iij. Ab eo qui a sententia prouoca=uit fructus possessionis (si dis sipentur ab ipso) possunt lite pendē te rationabiliter sequestrari.

¶ De confessis. Clemens.iij.
Ad solum dictū confitenti cri men proprium n ō est alteri in fligenda pena aliqua: Isamato tamē est indicenda purgatio.

Cap. Cum monasterium:ꝛ in fra.Eos quorū sugge stiōe scel⁹ homicidij se presbyter perpetra sse proponit nisi alijs mo dis verum esse consti=terit:nulli censemus pene subdēdos cum (secundū vtriusq iuris statu=ta) de se confessi super aliorum con scientijs interro gari non debent (et crimine lese maiestatis excepto) de reatu proprio cōfitentis periculosa confessio non est aduersus quēlibet admittenda. ¶ Si tamen eos Isamia huiusmodi laborare cognoueris sin gulis eis (adiūctis tribus socijs sui ordinis) purgationem iniunges.

Inno.iij.canonicis de bethleem.
Si de crimine cōtingente cau sam principalem constat con=tra aliquē p eius confessionem punī tur pena ordinaria etiam si directe contra eum nō agatur.h.d.ſm glo. Et est casus no.ꝛ ver⁹ in se.Uel sum ma sic ſm alium intellectum non mi nus notabilē quem etiā sentit glo. licet non perfecte explicet. Si quis confitetur crimen in iudicio inciden ter potest iudex ordinarius no unm inchoādo ꝓcessum illū punire pena ordinaria.h.d.singulariter.Ab.sic.

Cum super electione bethle.ec=clesie inter.R.ꝛ.P.quomodo verteretur:ꝛ infra.Q m.U. canoni=cus bethle.fuit in iure confessus ꝙ p prestando alterius electioni con=sensu quingentoꝝ sarracenoꝝ obli=gatione receperant:ꝛ mediator exti tit symoniace prauitatē. ¶ Nos (q m vitiū huiusmodi persequi clamus vt debemus) ipsum per diffinitiuam sententiā duximus ab omni bñficio et officio ecclesiastico deponēdum. ca.iiij.

Grego.ix.B.iudici viterbiensis.
Confessio facta in iure p eco=nomū ecclesie nocet ipsi eccle sie.potest tñ reuocari si ante finitū negocium doceatur per errorem fa cti emanasse.h.d.

Ex parte abbatis ꝛ conuent⁹ mo nasterij sancti.M.fuit propo=situm: ꝙ cum inter ipsos ex parte vna ꝛ.U.nomine sue vxoris ex alte=ra:corā te quomodo verteretur eco nomus monasterij memorati quidā p errorē facti fuit in iure ꝯfessus ex q b⁹ timet ꝑiudiciū gñari. ¶ Cū igit negocio nōdū finito:nemini noceat error facti:mandamus quatenus si de huiusmodi potuerit errore noce re: prouideas vt nullum sibi super hoc preiudicium generetur. ca.iij.

¶ De probationibus.
Grego.temeredo regi vincestrie.
Reus actori sua proprija istru menta edere nō tenetur ita'cō muniter summatur.

Ex epistole verbis:ꝛ infra.Tua excellentia postulauit:vt impe ratori scriberē quatenus peracta in Cap.i

earthophylatio requireret que dudū inter iustinianū principē et predecessores tuos fuerunt emissa vt ex his colligeret qd tibi seruare deberet. ¶ Sed ad hoc faciendū vehementer obstitit quia nulli dicēdū est: ea que cōtra te sunt apud temetipm debes documēta reqrere/ et medīūqz pferre.

Alexander.iij.

Actor qui plene probauit non debet compelli iurare.

ca.ij. Sicut consuetudo laudabilis. et infra. Sane quoniam apud nos psuetū esse didicimꝰ vt cū aliqs intētionē suā fundauerit iniuramētis aut testibus ei sacramentū nichilominꝰ deferatur quod si subire noluerit: fides pbationibꝰ nō habetur. ¶ Nos (cum tunc demū ad hmōi sit suffragiū recurrendū: cum alie legitime pbationes deesse noscūtur (talem cōsuetudinem reprobamus.

Lucius.iij.

In cōmuni iudicio pbāt actor et reus et si pariter pbāt actor et reus absoluitur: nisi fauorabilem causam foueat actor.

ca.iij. Ex litteris tuis intelleximꝰ te et archidiaconū cōfines habere prebēdas: in villis quas singuli singulas possidetis et pretextu terminorū interuos cōtrouersiā agitari: eo q dicas eū antiquos fines egressum partemqz tui fundi occupasse: illo in cōtrariū asserente se partem eandē fundi possedisse.xl. annorum spacio incōcusse: tu aūt q per idem tempus quiete illā possideris asseueras: quare vtrum incumbat peritori vel possessori probatio quesiuisti. ¶ Ad quod scire debes q iudicium finiū regūdor tale est vt in eo vtraqz persona vices duorū habeat: videlicet actoris et rei. Unde hincinde testes produci possunt ad cognitionem iudicis instruendā: quibus examinatis iudex quos precellere intellexerit: ad fidem sibi faciendam admittat. Quod si ambar partium testes sint eque idonei possessoris testes preferētur: cū promptiora sint iura ad absoluendum q ad condennādum: preter q in liberali causa in qua si vtriusqz partis testes equales fuerint: pro libertate sententia proferetur: nam possessori probationem aliquando dari iuris manifesti est: cū iure cautum sit q qui obiecerit prescriptionem longissimi tēporis: quā nemo recte obūcit nisi qui possidet: et eā pbauerit: i-cā debeat obtinere.

Grego.viij. preposito sācti cataldi.

Non creditur marito asserenti etiam cum iuramento vxorem se cognouisse: si vxor per matronas attestantes per ipsius corporis aspectum probat contrarium.

ca.iiij. Proposuisti q causa matrimonij q iter D.de casa noua et.S. mulierem vertitur: tibi fuit de mandato apostolico delegata: cumqz partes essent in tua presentia constitute mulier ppo suit se nec a viro cognitam nec potuisse cognosci: quod tā proprio iuramēto q testimonio.vij. mulierū probauit: que per aspectum corporis eam esse virginem asseuerant viro per iuramentum suum contrarium asserente et infra. ¶ Videtur igitur nobis q iuramento puelle et testimonijs illarum.vij. mulierum fides est potius adhibenda. ¶ Cle.ij.

Singulares de vniuersitate possunt ad cōmodum vniuersitatis reprobare instrumentum falso confectum nomine vniuersitatis. ca.v.

Tertio loco fuit a nobis ita qūsitum. Ecce quidā regularis sigillo capituli quoddā īstrumenrum cuidā amico suo signauit in quo facta ei alienatio quarūdam rerum ecclesie immobilium continetur. Quo exhibito in iudicio procurator vniuersitatis illud asseruit de assensu conuentus non fuisse confectum et adulterinū vel furtiuuz esse sigillū. Cumqz fratres ad perhibēdum testimonium produxisset iurati dixerūt q quotiens ad hoc inter fratres aliqua erat mentio cōsilium totius cōuentus et vox fuit vnanimis q nolebant alienationem rerū illarum: sed res domꝰ integras cōseruari volebant. ¶ Sed quoniam contra hocus

chū pars aduersa probauit respondemus secundum assertionem testiū tantummodo iudicandum. Idem.

Ubi agitur de matrimonio cō trahendo: probato impedimēto et publicatis attestationibus aliī testes super defectum impedimenti admittendi non sunt.

ca.vi Iurauit quidam (vt asseris) se quādam in vxorem legitimā acceptur̄ quā cū vellet traducere quidam iuramentis secūdū morē exhibitis legitime probauerūt ipsos in quinto consanguinitatis gradu sibi inuicē attinere. Qz vero requisisti a nobis quid agendū sit: cum qdam alius velit probare contra predictā probationem factā iuramētis canonicis et partibus applicatam nullo eos sese cō sanguinitatis gradu cōtingere: respondemus q̄ stādum est probationi priori.

Inno. iij. archidia. paririsien.

Si per lrās ordinarii probat quis excōicatus a procuratione repellitur. h. d. et hec sūmatio cō uenit textui et ti. et nullā patitur cauillatiam. et ideo eam tene.

c. vij. Post cessionem: et infra. Cum igitur per lrās iudicis ordinarū (quib9 stādū est donec probetur contrarium) nobis constiterit q̄ U. erat excōmunicatus cum procurationis officium assumpsit. Ipsū tā q̄ pcuratorē: nō durim9 admittēdū.

Idem abbati et conuentui cassen.

Si rogat9 restituere totam hereditatem eo sine liberis decedēte: intret monasterium: euanescit fidei cōmissū: et hereditas applicat monasterio nec ad inualidandum ingressum sufficit probare minorē etatem tempore ingressus: si ex aduerso geminatus probetur ingressus. h. d. intelligendo q̄ substitutio fuit fidei cōmissaria. Si vero fuit directa summa sic. Substitutio facta filio eo decedente sine liberis euanescit per ingressum monasterij: et tunc adde id quod est in primo summario ibi: ad inualidandum ingressum τc. vsq̄ ad fi. et vterq̄ intellectus est verus in se. dico tamē q̄ primus est verior q̄ hic fuit substitutio fideicōmissaria. 3. d. aut. hic dicat q̄ fuit cōpēdiosa

c. viij In pñtia B. sctī adriani dia. cardina. B. τ B. ffes vestro syndico constituto corā ipso fecere pponi q̄ cum quondam A. frater ipsorū conderet testam̄. M. filium suum sibi heredem instituit et precepit vt si absq̄ liberis decideret: ad eos bona deuoluerentur ipsi9 vnde illa que de bonis ipsius vestrū monasterium detinebat: sibi restitui postulabāt et petebant vos super hoc a sua molestatione compesci. Uerum syndicus ipse proposuit ex aduerso q̄ dictus. M. monasterio vestro obtulit se et sua. Uñ vniuersa que habuerat erāt ad mōasteriū deuoluta q̄re vniuersa q̄ ipsi de bonis ei9 sua serāt restitui mōasterio vr̄o petebat et sup ceteris silētiū illis iponi. Ad hec autē pars altera replicauit q̄ dict9 M. oblationis tēpore fuerat minor annis: τ q̄ voti facti penitēs qđ fer nore infirmitatis fecerat post cōualēscentiam reuocauit. τ infra. Unde cum sine liberis decessisset: ex testamento patris ad ipsos erat eius hereditas deuoluta. Uerum syndic9 respondere curauit: q̄ licz dict9 M. de monasterio fuisset egressus eidē postmodum se et sua obtulit humiliter et deuote/et q̄ nec contra oblationem suam veniret iuramento firmauit. Quare cū constet q̄ idem M. bis monasterio vestro contulit se et sua: nec ex aduerso probetur q̄ vtrīusq̄ oblationis tempore fuerit minor annis probationem vestram huiusmodi exceptiōis probatio nō elidit: cum et si prime oblationis tempore fuerit minor annis secunde tamen potuit maior extitisse: preterea cum verbum illud minor annis duobus potuerit modis intelligi: cum τ qui minorem. xiiij. an. et qui. xxv. dici soleat minor an. intentioni vestre verbum dubium non nocebat. cū infra. xxv. an. teneret donatio iuramēto firmata. Sed τ si teneret quod factum fuerat a dicto. A. quia tamē in

telligendum non erat sine herede decedere: qui monasterium sibi heredē instituit: hoc monasterio nō nocebat et infra. ¶ Dilectus filius. B. sancti eustachii cardinalis: attendēs q̄ syndicus vester intentionem suam plene fundasset: et q̄ nichil fuisset ex adverso sufficienter probatum: cum etsi ostensum esset per testes q̄ M. sue oblationis tempore fuerit minor annis: utrum tamen prime vel secunde oblationis tempore minor fuerit et quotannis minor non fuisset expressum: et mandato nostro sententiam protulit: et predictis. S. et B. silētiū imponens super his que a monasterio postulabant: eos ad restitutionē illorum que de bonis predicti M. ppria temeritate invaserant condemnavit. ¶ Nos igitur sententiam ipsam auctoritate apostolica confirmamus. Idem.

¶ Si actor et reus in interdi. retinende possessionis probant obtinet is qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime iustificatam vel meliores probatiōes respectu possessionis adduxit. h. d. no. et probatur satis hoc summarium in versi. ex premissis ponderato versi. maxime.

Ca. ix

Licet causam que vertitur inter ecclesiam raveñ. et cōmune faventine super iurisdictiōe honore ac districtu in villa sancti P. et castro arioli: quod de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat: et infra. ¶ Porro attestationibus publicatis syndicus faventinorum proposuit se velle in personas testium ex parte altera productorum quedam obiicere: ac probare economo ecclesie asserente in fieri non debere super quo interloquendo decrevimus ipsum nullatenus audiendum: cum infra triū mensium spacium in nostris litteris comprehensum testes huiusmodi producere non curaverit / infra quē terminum pars utraq̄ testes inducere potuit: tam in personas testium q̄ super negocio pricipali. ¶ Post hoc idem obiecit in testes predictos q̄ corrupti falsa dixissent. Unde quia talis exceptio non solum ante sed etiam post sententiam potest opponi: licet nonnulli crederent faventinorum partem exceptionem huiusmodi per excogitatam maliciam ad impediendum processum negocii obiecisse: quia tamen nolumus a iuris tramite declinare: magistris S. et T. precipim⁹: ut testes quos super hac exceptione procurator faventinorum duceret producendos infra mēsem recipere et examinare curarent: de singulis circunstantiis subtiliter inquirentes: extunc indulto altero mense procurator ecclesie supradicte infra quem si vellet ad reprobationem testium illorum produceret testes coram eis: et infra. ¶ Quanq̄ autem pars faventinorum testes multos produxerint super negocio principali: vix tamen ex illis sex remanserunt concordes cum aliis sibimet in serie sui testimonii contradicant: et quidam alii sint in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum vero quosdam testium ecclesie raveñ. et si ex parte faventinorū quidam sint testes inducti: plures tamen illorum reprobantur: quia sibi inuicem evidentissime contradicũt quidam vero alii pauci numero q̄uis non reprobentur expresse usq̄ adeo tamen male fame sunt et levis opinionis: q̄ eorum dictis nulla vel modica fides est habenda. ¶ Idem quoq̄ testes faventinorum generaliter repelluntur: quia non probant illud ad quod probandum eorum syndicus se astrixit: videlicet q̄ corrupti falsa dixissēt quoniam et si de corruptione videantur aliquid dicere: de falsitate penitus nichil dicunt: et infra. ¶ Ex premissis igitur evidenter apparet: q̄ ecclesia per testes numero plures quibus potius lux veritatis assistit: qui etiam aptiora negocio et vero proximiora in suis testimoniis expresserunt: sufficienter ostendit: q̄ a quadraginta annis et citra cum omni iurisdictione / honore / atq̄ districtu

ctu loca supradicta possedit. per quod patet: quod si cõmune fauent. a .l. annis citra (sicut videntur testes eorum deponere) aliqua seruitia in locis perceperunt supradictis: illa procul dubio sine iusto titulo percipere inceperunt: cum duo in simul eandem rem: et eodem modo in solidum possidere non possint maxime cum iidem fauentini iustum possessionis titulũ non ostendant: et ex priuilegiis imperatorum et ro. ponti. ec. rauennaten. concessis euidentissime colligatur possessionẽ ipsius ecclesie in predictis locis iustam fuisse. Cum ergo constet fauentiñ. ab. eo tempore quo se possedisse probare contendũt minus iuste ac sine titulo aliqua in predictis locis temeritate propria occupasse: et economus eiusdem ecclesie petierit a vi turbatiua seu inquietatiua super premissis cõmune fauen. prohiberi: nos recognoscẽtes ĩ hoc casu non sic locum esse iterdicto vti possidetis vt dicere debeamus: vti possidetis ita possideatis cum probationes ecclesie lõge sint potiores et ideo sit in interdicto superior / cõmune fauentie sibi condẽnamus super iurisditiõe / et honore / atque districtu / et aliis ad hoc generaliter pertinẽtibus in locis predictis quo ad possessorium iudicium quo tantummodo actum est perpetuum silentium imponentes: et prohibentes eidem vt neque per se neque per alios super his presumat rauennatẽ. ecclesiam aut habitatores predictorum locorum aliquatenus molestare. Idem.

Si qui nominentaliquem filiũ et ita cõmuniter reputat non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.

ca. x. Per tuas nobis litteras intimasti quod cum .T. tibertinus ciuis quandam per septẽniũ habuerit concubinam: nec prolem susceperit interim ex eadem: ac ipsa postmodum diuertens ab eo / ad ipsũ nõ post multũ tempus rediisses: filium quem reuersa in domum ipsius peperit: ex eo se asseruit suscepisse et infra. Quia vero mulier illa de dicto .T. suscepisse R. de quo agitur primitus constanter asseruit et idem .T. prefate mulieris precipue deuict⁹ instãtia: ipsũ suũ filium publice recognouit: et filius eius nominatus cõmuniter fuit et habitus ab ambobus: eiusdem mulieris postmodum iuramento in contrariũ prestito non est standum cum nimis indignum sit (iuxta legitimas sanctiones) vt quod sua quisque voce dilucide protestatus est in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare Unde apparet per consequens quod predictus R. sophiam neptem memorati .T. cuius pma facie presumitur cõsobrinus: non potest habere aliquãtenus in vxorẽ. Idẽ in conci. gnali.

Iudex debet habere notarium vel duos viros idoneos qui scribant acta iudiciĩ: alĩs si quid difficultatis emerserit: per superiorem punietur: nec credetur ei super processu nisi inquãtum per acta vel alias per legitima documenta constabit.

Si is cuius mādato stare iraui aliquid michi precipit contra iuramētum p me prius licite factum illud seruare non teneor .h.d. inherendo verbis littere.

c.xvi. Uenientes ad presentiā nostram. A nobis exposuit q olim cū. M maurien. alternatim cōuicia ingerēdo certauit ppter quod cū graues inimicitias incurrisset: quidā q partis vtriusq; amatores extiterāt suggesserunt predicto. A. vt in satisfactione iniuriarū vestro iuraret obedire mādato. cūq; idem nō crederet se tale quid cōmisisse propter qd ei aliquod graue deberet imponi: iuramētumq; illud sub tali confidentia prestitisset: ipsi sub iuramēto debito precepistis vt nunq̄ curiam ducis intraret: nisi cum oēs p edictum ipsius generaliter ad curiam vocarentur: & infra. ¶ Uerum qr idem. A. qui dicti ducis est consiliarius et in iure suo multis ecclesiis quarum est aduocatus ex pmisso tenetur adesse: neque q̄ taliter iurasset si mandatum illud sibi contrarium presciuisset. Noueritis nos patriarche grandeā. mandasse vt si mandatum priori iuramēto licite facto repugnet: ipm auctoritate nostra denūciet nō seruandū.

Idem magistro apolinari.

Qui iurauit ecclesiam defendere: et requisitus sine iusta causa recusat periurus est: nec eum defendit appellatio.

c.xvii. Breui sciscitatus es questione vtrum ille qui iura alicuius ecclesie seruare ac pro posse defendere iuramento tenetur: si necessitate imminente super hoc sub iuramenti debito requisitus duxerit appellandum periurii reatum incurrat. ¶ Respondemus q in hoc articulo appellantem a periurio talis ap. non excusat. immo (nisi difficultas existat propter quam requisitus non possit ecclesie subuenire) culpa periurii potius irretitur.

Idem illustri regi arragonie.

Iurans scienter illicitum nō indiget absolutione sed tenetur illud non obseruare. Si vero iurauit ignoranter debet illud obseruare: si aliquo licito modo est obseruabile. Si autem iurauit licitum qd putabat illicitum debet seruare iuramentum: sed de animo deprauato aget penitentiam.

capi. xviii. Quanto per personam tuam: et infra. Quidam consiliarii tui (imo potius deceptores) tuum animū induxerunt vt iurares irrequisito assensu populi vsq; ad certum tempus patris tui conseruare monetam: que tamen circa mortem eius fuerat legitimo pondere defraudata. Cū autem adeo sit diminuta et minoris valoris effecta : q graue propter hoc scandalum in populo generatur tu quod egeras indiscrete cupiens reuocare ac necessitati populi satisfacere: ab obseruatione iuramenti predicti postulasti suppliciter a nobis

absolut. ¶ Super quo diligēs indagator potuisset facile intueri ꝙ non tam erat absolutio necessaria ꝙ interpretatio requirēda qm̄ cum iuramentum fecisti monetā aut falsam: aut legitimam esse credebas. Si falsam iuramentū fuisset illicitū: nullatenus obseruādum: ꝛ pro eo esset tibi penitentia iniūgenda cum iuramentum nō vt esset iniquitatis vinculum fuerit institutum. ¶ Si vero legitimā esse credebas iuramentum licitū fuit: ꝛ vsqꝫquaqꝫ seruandum. Et vt irreprehēsibiliter obseruetur: consulim⁹ vt reprobata moneta que a legitimo pondere fuerat defraudata alia sub noīe patris tui moneta cudat̄ quam ad legitimum pōd⁹ reducas scđm eū statum quē tēpore patris tui habuit meliorē: ita ꝙ antiqua moneta que ab illo statu falsata non fuerat: cū ea pariter expēdatur per quod ꝛ dispēdiū vitari poterit ꝛ iuramentū seruari. ¶ Verūtamen si monetam ipsam in prestatione iuramenti credebas a legitimo pondere diminutā: tua sup hoc cōscientia te remordeat: tuū humiliter confitere peccatū: ꝛ satisfactionē iniūctā tibi ꝓ illicito iuramento studeas adimplere. I dē ꝯsulib⁹ ꝛ ppło tudertino.

Nō valet iuramētū prestitū in preiudiciū iuris superioris.

ca. xix. Enientes ad se. apost. cōsules vestros sup his quo ad nos de vobis sepius referūtur: ꝛ cōmonere curauim⁹ et aliquātulū aspere cōuenire. Cū eī et appellationib⁹ interpositis ad apost. se. teneamini humiliter et deuote deferre: cum ꝛ leges etiā seculares post sententiā beneficium appellatiōis nō denegent aggrauatis vos sentētias appellatiōe suspensas executioni mandastis. ¶ Verū iidem consules nobis exponere curauerūt ꝙ cū aliq̄ vestrū vocātur ad officiū cōsulatus firmant ꝓprio sacramento ꝙ sup mutuis et plagiariis scđm vestre ciuitatis cōsuetudinē iudicabūt: ꝛ infra. xxviij. dies que iudicauerunt exequentur. Unde saluo hmōi iuramēto vos nō posse super his appellationibus deferre dicebāt. ¶ Quia vero non minus iudices scđm leges ꝙ cōsules vestri secūdū consuetudinem vestre ciuitatis iudicare iurauerūt: ꝛ ideo sicut iudices cōtra leges: sic ꝛ cōsules vestri cōtra cōsuetudinem possent subditos aggrauare. Mādam⁹ quatenus appellationib⁹ ad nos interpositis deferatis (cum predictum iuramētum vos excusare nō possit) in quo debet itelligi ius superioris exceptum. ¶ Cum ergo postꝙ. S. lator p̄sentiū ad se. apo. a sententia. B. iudicis appellauit: sentētiam ipsam duxeritis executioni mādādā i possessionem rerū de quib⁹ questio vertebatur appellātis aduersariū inducentes. volum⁹ ꝛ mandamus vt possessionē ipsam restituatis eidē alioquin noueritis nos epō nucerino mādasse: vt vos ad illud eccle. cē. compellat. I dē pisano archiepiscopo.

Iurās vsuras nō repetere potest iuramento nō obstante ex noua causa repetere. h. d. scđm intellectum notabiliorem.

Ad nostrā noueritis audiētiā peruenisse ꝙ cum. J. ꝛ. B. petro vsuras non modicas persoluissent iuramēto firmauerūt ꝙ nec per se nec per aliū predictas vsuras repeterēt: vel apud ecclesiasticū iudicem seu etiā secularē sup his deponerēt questionē. Cūqꝫ creditor cōdiderit testamētū suis precepit heredibus vt omnib⁹ qui ꝓbarēt se dedisse vsuras eidē ipsas eis restituere ꝓcurarēt. Unde cū predicti. J. ꝛ. B. vsuras repetere nō attentent ꝓpter huiusmodi iuramentū: ꝛ heredes predicti. P. eis negligant satisfacere de vsuris. ¶ Mādamus quatenus sub pena excōicationis publice in ecclesia ꝓponi facias vel ꝓponas vt qui sup hoc nouerint veritatē/ ꝓcedant ad testimoniū ꝓferendū: ꝛ si per dicta testiū vel alia documēta tibi cōstiterit de p̄missis: heredes illius vt vsuras quas a p̄dictis pat̄ eorum accepit restituāt vniuersas eccle. cē. cōpellas. I dem neapolita. archiepō. ca. xx.

Iuramentum generale debet ita itelligi si fieri potest vt nõ obuiet iuri alias tanq̃ temerariũ nõ obligat contra iuris obseruantiam.

ca.xxi A Dd nostram noueris audientiã peruenisse q̃ ad te quasi p extortionem tale fuit prestitũ iuramentum q̃ in omni causa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Uerum q̃m secundũ traditiones canonicas manifesta accusatione non indigent nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus qui debet in aliis obseruari nec tu quãdo sub premisso tenore iurasti habebas in mente vt propterea venires contra canonicas sanctiões alioquin non iuramentum sed periuriũ potius extitisset nec esset aliqua ratione seruandum. ¶ Nos iuramentum tuum benignius iterpretari volentes: ita q̃ consonet canonicis institutis. f. t. auctoritate presentiũ intimamus: q̃ in manifestis ⁊ notoriis ratione iuramenti premissi non credimus te teneri seruare subtilitatẽ ordinis iudiciarĩ quam in his non seruari per omnia: ipsa iuris ratio postulat et requirit vnde videbitur subtiliter intueri de ordine iudicio⁊ procedere: vt in premissis nõ per omnia ordo iudiciari⁹ obseruetur. ¶ Quãq̃ et scdm̃ approbatum intellectum recte possit intelligi quod iurasti. vt in omnibus causis ordinem iudiciarium obseruares in illis videlicz in quibus est ordo iudiciarius obseruandus. Sic ergo faciens et iuramẽti tenorem seruabis: et instituta canonica non omittes.

Idem iudici carolitano.

Si vnum iuramentum vni debitum alteri prestatur illicitũ est: et eo non obstante cui debetur / prestandum est.

c.xxii E A te credimus discretione vigere vt intelligas per teipsum q̃ onus non remittitur sed augetur cum cuiq̃ improuide soluitur quod alii ex debito est prestandum. Sane cum archiepiscopus turritanus a te nomine nostro iuramentum fidelitatis (sicut a nobis mandatum acceperat) exegisset illud exhibere in eius manibus distulisti: asserens q̃ pisano archiepiscopo saluo apo. se. honore huiusmodi prestiteras iuramẽtum. ¶ Cum igitur nobis et ecclesie romane fidelitatem facere tenearis: si prestitum iuramẽtum ei quod a te nobis tanq̃ debitum est prestandum contrarium reputes illud illicitũ iudicabis: et illicito non obstãte quod licite immo ex debito petitur exhibebis: vel si prestitum prestando cõtrarium nõ exuit illud sine difficultate prestabis. Idẽ alatrino episcopo.

Qui iurauit stare mandato alicuius non tenetur parere si precipit illicita vt q̃ filium exheredet: vel vxorem abiuret.

c.xxiii Q Uintauallis nostris aurib⁹ intimauit q̃ pro offensa quã filie ipsius aliis mulierib⁹ irrogarãt: q̃ earum mandato pareret prestitit iuramentum que tale illi sub debito iuramenti dedere mandatũ: q̃ si quãdo filii aut vxor illius aliquod factũ vel verbum contumeliosum mulieribus illis obiicerent idem filias et filios exheredaret: et a se propriã remoueret vxorem. ¶ Quocirca mandamus quatenus cum licitum fuerit iuramentum sed mandatum illicitũ: predictis vt reuocent mandatum illud iniungas alioquin eum ad mandati obseruationẽ illi⁹ deficies non teneri. Idẽ archiepõ terraco.

Ex causa leui et temeraria coniuges etiam quo ad thorum et mutuam cohabitationem se separare non possunt etiam cum iuramenti interpositione.

c.24 T Ua nos duxit fraternitas consulendos quid tibi super hoc sit faciendum q̃ B. et A. vxor ei⁹ ad inuicem iurauerunt se nunq̃ mutuo petituros: idem vero nunc repetit illam instanter ea econtrario affirmãte q̃ prius se faceret sarracenam q̃ rediret ad eam: et infra. ¶ Nos igitur fraternitati tue respondẽtes mãdamus quatenus vtrumq̃ ad continentiam seruandam moneas et inducas: quam et si promittere voluerint

et seruare: vtrunq̃ dimittas sine alio
cōmorari alioquin si vir noluerit cō
tinere: tu illam vt reuertatur ad ip=
sum et tanq̃ vxor cum viro moretur
per excōmunicationis sententiã ap.
re. compellas cum et temerarium fue
rit huiusmodi iuramentum: et adul=
terium vtrinq̃ sit commissum.

Idem genuen. arch. episcopo.

Is qui iurauit cū muliere con
trahere propter superuenien=
tem fornicationem vel deformitatẽ
eam repellere potest propter prece=
dentem non. h. d.

c.xxv. Quemadmodū si vir mulieri iu=
rasset quando contraxit cū il=
la q eam semper pro legitima vxore
teneret pro fornicatione quam mu=
lier antea commisisset non posset eã
dimittere: sed pro fornicatione quã
postea perpetraret eã dimittere pos=
set: non obstante huiusmodi iuramẽ
to: quoniam in eo talis erat subintel
ligenda conditio si videlicet in legẽ
coniugū non peccaret. ¶ Ita si quis
iurauerit se ducturum aliq̃ in vxorem
non potest ei fornicationem oppone
re precedentem: sed subsequentem:
vt illam non ducat in coniugẽ: quia
in illo iuramento talis debet condi=
tio subintelligi si videlicet illa con=
tra regulam desponsationis non ve
nerit. ¶ Alioquin si post huiusmodi
iuramentum publica meretrix fieret
teneretur eam ducere in vxorem: qđ
est prorsus absurdum. Nam si post
contractum coniugium vir propter
fornicationem licite potest vxorem
a sua cohabitatione dimittere: lon=
ge fortius ante coniugium celebra=
tum propter eandem causam spon=
sus licite potest in suam cohabitati=
onem non admittere sponsam: quia
Turpius eijcitur q̃ non admittit ho
spes. Non obstante in alterutro ca=
su vinculo iuramenti quod quidem
propter subintelligendam conditio=
nem est tale vt is qui iurauit ad vtrũ
q̃ sine transgressione se possit habe
re. ¶ Quod si post huiusmodi iura=
mentum mulier fieret non solum le=
prosa: sed etiam paralitica vel ocu=
los vel nasum amitteret seu quidq̃
ei turpius eueniret nunquid vir te=
neretur eam ducere in vxorem? pro
fecto ductam non posset dimittere.
Sed nunquid non ductam admitte=
re teneretur? Quis interdum con=
tractum non dirimat quod impedit
contrahendum.

Si vir iurauit non accusare
vxorem temerarium est iura=
mentum: sed si specialiter de adulte=
rio hoc iurauit denunciare poterit:
sed accusare non debet. ¶ Illud au=
tem iuramentum est procul dubio te=
merarium si vir iuret vxori q eã su=
per nullo crimine accusabit: quia si
mulier fieret infidelis: et nollet co=
habitare viro absq̧ contumelia crea
toris vel vt illum traheret ad infide
litatis errorem tunc incunctãter de
beret illam impetere apud iudicem
suum vt eam nisi penitus resipisce=
ret omnino dimitteret secundum ca
nonicas sanctiones. ¶ Quod si ex=
presse iurasset q eam super adulte=
rio non impeteret esset ne seruandū
huiusmodi iuramentum? ¶ Cum scri
ptura testetur q patronus est turpi=
tudinis qui celat crimẽ vxoris et se=
cundum regulam euangelij si primo
et secūdo correcta resipiscere nollet
dicendum esset ecclesie vt tanq̃ eth=
nica et publicana deinde vitaretur:
ne per hoc libera preberetur ei pec=
candi facultas: propter impunitatẽ
peccati. Sed nunquid vir non potest
dimittere vxori peccanti non solum
septies: sed etiam vsq̧ septuagesies
septies secundum euangelicam ve=
ritatem? ¶ Tutius ergo in hoc casu
videtur: vt propter iurisiurandi reli=
gionem vir accusare desistat vxorẽ
ad diuortium celebrandum quanq̃
denunciare eam possit ad penitenti=
am peragendam.

Idem abbati et capitulo
castellionis.

Licite ex causa necessaria etiaȝ
per religiosos iuratur. c.xxvi

Et si christus preceperit scdm
euangelicã veritatẽ sit sermo
vester est est: non non vt affirmatio

nesta potest secure iurari: qz cessante causa cessat effectus. ¶ Licet ergo debeatis esse viri perfecti vt dictum testis iuramenti vinculū euitetis vo lentes tamē idēnitati vrī monasterij prouidere ne propter defectū testiū sui iuris sustineat lesionē: pñti vo bis pagina idulgemus quaten⁹ vos et monasterij vestri conuersi possitis in causis eiusdem (deficiētibus alijs testibus) p ipso phibere testimoniū veritati. Idem epo amelienfi.

Iuramentū cōtra vtilitatē ecclesiasticā pstitū non tenet.

capi. xxvij. Sicut nostris est auribus intimatū ecclesia tudertina vacā te: ipsius canonici et eps cū eis dum esset in minoribus ordinibus cōstitutus iuramenta quedā in damnū episcopalis iuris fecerunt priusq de pontificis electione tractatus aliqs haberetur. et infra. ¶ Pro iuratiō: in cauta imponi fecimus epo penitētiā cōgruētem. et infra. ¶ Qz nō iuramē ta: sed periuria potius sunt dicēda que contra vtilitatē ecclesiasticā attentantur. Mandamus quatenus ab ipsis canonicis inquiras super pmis sis diligentius veritatē: et si ea iue neris esse vera quod in damnū episcopalis iuris reppereris taliter attē tatum: in statum debitum appellatio ne remota reducas. Idem.

Iuramentum prestitum super actu a lege infirmato principa liter fauore iurantis licet secunda rio in fauorem publicum necessario est obseruandum si non vi nec dolo fuit prestitum et in alterius preiudi cium principaliter non redundat. h. d. multum singulariter considerata medulla capituli.

Capi. xxviij Cum contigat interdum q constante matrimonio mulieres alienationibus super rebus dotalib⁹ et donationibus propter nuptias cō sentiant ne vlterius contrauenient proprio sacramento firmando: ac so luto processu temporis matrimonio contrauenire nitantur: vtrū hoc eis liceat a nobis tua fraterni. requi siuit. ¶ Nos autem. f. t. t. rñ. q et si mulierum consensus in talibus non videatur obligatorius secundum legitimas sanctiones ne tali tamen pretextu viam contingat periurijs aperiri: mulieres ipse seruare debent huiusmodi iuramēta sine vi et dolo spōte prestita. cum in alterius preiudicium nō redūdent/nec obseruata vergāt in dispēdiū salutis eterne. Idē

Mouens bellum iniustum cō pellitur restituere que per violentiam occupauit et eos absoluere a quibus indebite iuramenta extorsit. h. d. vsq ad ver. iuramentum.

Sicut: et infra. Si constiterit q predictus B. iniuste bellum mo uerit contra. I. ipsum. B. studeatis inducere vt vniuersa per huiusmodi violentiam occupata restituat conquerenti eum a prestito sibi iuramen to prorsus absoluentes q si acquiescere noluerit ipsum ad hoc (si premissa veritate nituntur) cogatis pre sententiam excōmunicationis terra eius interdicti sententie supponētes c. xxix

Non astringitur quis iuramēto ad implendū quod iurauit si ab alia parte non impletur cui⁹ respectu prestitum est iuramentū. h. d.

Iuramentum autem quod. I. se asserit prestitisse si de assensu factum est vtriusq eum nō ligat qui prestitit: dum ille cui prestitum fuerit seruare negligit quod promisit. c. xxx Idem in concilio generali.

Clerici non habentes temporalia a laicis/nō tenentur eis prestare iuramenta fidelitatis.


Nimis de iure diuino quidam laici vsurpare nituntur cū viros ecclesiasticos nichil temporale obtinentes ab eis ad prestandum sibi fidelitatis iuramenta compellūt c. xxxi ¶ Quia secundum apostolum seru⁹ suo domino stat aut cadit: sacri auctoritate concilij prohibemus ne tales clerici personis secularibus prestare cogantur huiusmodi iuramenta. Hono. iij. A. et C. canonicis anthiochenis.

Qui iurat non esse contra aliquem: potest in causis propis

tur in actione tamē famosa nō licet reo referre.h.d.vsq ad.§.sane.

capl. xxxvij Iuramētū a te parti delatū: nisi iusta de causa: nō potuit recusari. ¶ Quis quod in iudicio a parte parti defertur recusari possit licite ac referri. ¶ Nec liceat cōuento famosa actione referre hmōi iusiurandum. ¶ Actore nihil probante reus est absqz omni onere absoluēdus: si vero psumptio est p eo defertur reo iuramētum: vel ipsi actori considératis personarū et cause circūstātijs. ¶ Sane si actor omnino in probatione defecerit reus debet (et si nihil pstiterit) obtinere. ¶ Presumptiōe faciente p illo reo deferri potest ad ostendendā suā innocentiā iuramētum: nisi iudex (inspectis personarū et cause circūstātijs) illud actori videat deferēdū. ¶ De exceptionib⁹. ¶ Celestinus.iij.

☞ Si testis de crimine cōtra eū excepto conuincitur vł alias cōuictus apparet: repellitur a testimonio: sed de crimine nō punitur si nō tangit negociū principale.

cap.i. 
Denique φ indictas psonas testiū: et infra. ¶ Si crimia testib⁹ obiiciūt de quib⁹ nō fuerāt hactenus accusati: sz tātum per exceptionē opponūtur pbatio illorū criminū exhibenda est anteq̄ causa per sententiā terminetur cū (sicut canonica instituta declarāt) testes absqz vlla infamia vel suspitione/ vel manifesta macula in ferendo testimonio requirantur. ¶ φ si sola crimina de quib⁹ alio tempore cōuicti vel cōfessi fuerunt testib⁹ obiiciūtur: a testimonio repelli possunt: quia sicut stephan⁹ papa: et aliī pontifices multi romani testant nō est credendū cōtra alios eorū cōfessioni: nisi prius se pbauerint innocentes. Ceterū si de criminib⁹ ad solā exceptionē obiectis testes cōuicti fuerint siue cōfessi pena ordinaria mulctari nō debēt cū accusatio in ipsos secundū iuris ordinē nō pcedat. Sufficit ergo si a perhibendo testimonio repellātur: pserstim vbi crimē qđ eis obiicit causam de qua agitur cōtingere non videt. Innoc.iij.archidi.richimū.

☞ Reo excipiēte de excōmunicatione cōtra actorē non obstat replicatio cōmunionis.

Nobis ex parte tua fuit qsitū vtrū is q̄ excōmunicato in locutione vel oratione scienter cōmunicat excōicatū ipm a sua possit accusatione repellere: cum ille cōmunionē huiusmodi replicet cōtra eū. ¶ Nos igitur inquisitiōi tue.t.r.φ ipse ab accusatiōe illius poterit remoueri: cū prim⁹ a cōmunione fidelium sit exclusus secundus vero tm̄ a sacramentorum participatione sit remotus. Idem lauduñ.epō. ca.ii.

☞ Habens plura beneficia cōtra alium de pluralitate nō excipit.h.d.Iohā.

Cum ecclesiastice pulsionis officiū: et infra. ¶ Mādam⁹ quatenus. Ja. faciatis prebēde illius de qua per. C.pre.n.noscitur inuestit⁹ pacifica possessione gaudere: cū exceptionem illā: φ prefatus Ja. alia ecclesia beneficiū possidet ei nō possint opponere quos cōstat varia beneficia in diuersis ecclesijs obtinere. Idem episcopo helien. ca.iii.

☞ Iudex statuere debet terminū ad oēs dilatorias pponēdas post quē excipiētē nō audiet: nisi in tribus casib⁹ hic exceptis.

Pastoralis: et infra. Cū per dilatorias exceptiones malicio se nōnūq̄ causarū terminatio prorogatur: inquisitioni t. rñdēdo decernim⁹: vt infra certū tēp⁹ a iudice assignādum oēs dilatorie pponātur. ¶ Ita φ si partes extunc voluerint aliquas opponere quas nō fuerit ptestate nullaten⁹ audiātur nisi forte aliqua de nouo sibi cōpetēs exorta fuerit: vł eis q̄ voluerit eā opponere fidē faciat iuramēto se postmodum ad illius noticiam peruenisse. Idem monachis farfen. ca.iiii.

☞ Excōicat⁹ excipere: appellare et omnē defensionem facere potest:

vestro preiudicium generetur ¶ Cu vero nobis constitit supradictam ecclesiã sancti viti constitutam esse in diocesi sabin. et hale ius in oibus eidem epo adiudicauimus in eadem: istis distarat exceptis q̃ per autentica scripta ei noscunt esse subtracta cum p priuilegiũ vel prescriptionẽ legitimã nullatenus pbaret exẽpta ¶ Uerũ qr dictus eps qui eandẽ ecclesiam vendicabat munitũ se pscriptione legitima non ostẽdit: quanq̃ probauerit epm sabin. bona eiusdem ecclesie aliq̃to tempore possedisse: vos ab impetitione epi quo ad tẽporalia eiusdem ecclesie sententialiter duximus absoluẽdos. D o.iij. abba. s. huberti et sancti martini, leodien.

Si exceptio iurisditionis exclusiua propter quam fuit appellatuz probat vera: iudex appellationis nõ dz de principali cognoscere, sed supersedere. h .d. intelligẽdo q illi erant iudices appellationis. et est nota. intellectus. pa.

ca.vii. O Lim: et infra. Hug ex parte. Su. fuit propositũ q frispre. n. tre ueren. archiepo presentatis, idẽ excipiendo proposuit q aucto. ipsarum respondere minime tenebat: qr vltra duas dietas extra suã diocesim trahebatur in causam: et quia dictus archiepiscopus hanc exceptionem admittere recusabat vocem ad nos appellationis emisit: et infra. ¶ Porro procurator partis aduerse respõdit q idem Su. vltra duas dietas extra suam diocesim minime trahebatur: cum ipse archieps terminũ in tali loco statuerit qui remotus ab illo nõ erat vltra q̃ prouisum est p constitutionem concilij generalis: et infra. ¶ Discre. ve. mandamus quatenus si procurator dicti Su. probare poterit exceptionẽ quam corã archiepiscopo proposuit sepedictovez se in causam trahi vltra duas dietas cõtra constitutionẽ concilij generalis vos appellationem dicti Su. legitimam decernentes negocio supsedere curetis. I dem archidi. transsilg. et officiali et J. canonico curren.

Pro defensione sue ec. potest quis opponere exceptionem excõicationis periurij vel aliã legitimam exceptionem nec per replicationem excommunicationis vel periurij repelli potest.

c.viii. D Ilecti filij. S. et. P. ac C. canonici. eccl. s. marie transmissa nobis petitione monstrarunt q cũ. M. canonicus eiusdẽ ec. ipsos coram delegatis a nobis traxisset in causam super eo q se opponũt electioni a q̃busdam canonicis granden. facte de ipso in priorẽ ec. supradicte ijdẽ proposuerunt q dictus. M. nõ debebat audiri: eo q excõmunicatus erat: et periurij crimine irretitus. Cũq3 dictus. M. prefatis. S. et. P. periuriũ et S. excõmunicationẽ in modum exceptionis et replicationis obijciens eorum exceptionẽ elidere niteret: procurator eorum proposuit q eius super hoc probatio recipi nõ debebat quia et si obiectum prefatis canonicis periurium probaretur nõ essent propter hoc a defensiõe sue ecclesie repellendi. Adiecit etiã q contra excommunicationẽ dicto. M. in modũ exceptionis obiectam excõmunicatio supradicti. S. replicari non poterat: qr exceptio ipsi. M. opposita et probata eundẽ repelleret ab agẽdo replicatio vero sepedictũ. S. nequaq̃ a defendẽdo repelleret si etiã probaretur: et infra. Ipsi vero iudices interlocuti fuerunt q prius pbationes reciperent sup replicatione premissa propter quod ad nostrã audiẽtiam fuit appellatũ. ¶ Quocirca mãdamus quatenus si res ita se habet: reuocato in irritum. etc. G rego. ix. J. et. M. canon. pragen.

Si per exceptionem suspẽsionis contra quã replicatur de nullitate ordinatio ecclesie retardatur: fit absolutio ad cautelam.

ca.ix. A Postolice se. et infra. Sane vobis apud se. apostolicã constitutis quedam suspẽsionis et amotionis a beneficijs sententie sunt I modum exceptionis obiecte. ¶ Quaslz proponeretis vos posse nullas esse

per testes idoneos ꝛ instrumēta pro bare. ¶ Nec tamen ordinationē pra= gesti.ec. propter quā venerātis hmōi obiectionis obstaculo contingeret retardari. ¶ Snias ipsas relaxamus ad cautelā. Idē decano lincoln.

Excōmunicationis exceptiōe non obstante valet rescriptuꝫ impetratū in causa appellationis: lꝫ de excōmunicatione lata post appel lationē a grauamine non facta men tione. h. d. et ſm hoc est casus nota. et singularis per quem forte posset colligi vna reglā ꝙ de inouato post appellationē etiam ab interlocuto= ria non est necesse in rescripto face= re mentionem. panormita.

cap. x. Dilecte in xpo filie priorisse et conuētus de campessela nobis significare curarunt ꝙ cū inter ipas ex vna parte/ꝛ priorē ꝛ conuentū de burcellis ex altera: sup quibusdam decimis ꝛ rebus aliis pro qbus con tenciebātur ab illis corā abbate san cti benedicti ꝛ eius collegis aucto= ritate apostolica questio verteref: ꝛ ipse ad nos ex sufficienti grauamīe appellassent ac nunciū suū ad appel lationem miserint prosequendā: pre fati iudices postmodū tulerunt excō municationis snīam in easdem. Nos= tris ergo lrīs sup appellatione pre fata non facta mētione de excōmuni catione per eundē nunciū ad priorē de angles ꝛ suos cōiudices impetra tis: pars aduersa ex eo se appellasse proponens ꝙ ipsi iudices exceptio= nem excōmunicationis predicte con tra ipsas ab eadē parte propositam admittere denegarunt: ad priorē de gernemoe ꝛ suos cōiudices nostras sup hoc lrās impetrauit: corā qbus ex parte ipsarum fuit excipiēdo pro positū ꝙ cū post appellationē legi= timā dicta snīa lata fuerit: ꝛ cuilibꝫ excōmunicato defensionis auxilium competere dinoscat/ memorati iudi ces exceptionē partis cōtrarie (sicut nec debebant) admittere noluerunt: sed cum dictus prior de gernemoe ꝛ coniudices sui talē exceptionē non reciperent earundē: ipse nostram au dientiam appellarunt. ¶ Quocirca man. qua. si est ita reuocato in statū debitum qcquid post hmōi ap. inue neritis attentatū: in eodē negocio iuxta prioris mandati nrī ad pfatū priorē de gernemoe ꝛ coniudices sui os directi tenorē: preuia ratione pce dās. Idem abbati sancti salua toris papiē. ꝛ versel. prepon.

Per exceptionē excōmunica= tionis a psecutione appella= tionis etiā originalis actor repelli non debet. h. d. et est casus singula= ris quatenus dicit de actore.

Significauerunt nobis capitu lum de tornaceñ. ꝙ cū. p. in suum archipbrm elegissent: medio= lañ. archieps presentatā sibi electio nem renuēs confirmare quēdā zepū clericū in archipbrm instituit eccle supradicte quare ipsi ad se. apo. ap pellantibus pposito sancti stephani causam ipsam sup his dicimur com misisse: qui electionē ipsoꝝ pfirmās et pnuncians ius eligendi ad ipsum capitulū ptinere partē aduersam ab impetitiōe ipsoꝝ absoluit a qua sen tentia partes ad se. apo. appellantes causam ipsam vobis obtinuere com mitti. Sed a parte altera exceptiōe excōicationis opposita contra capi tulum memoratū: vos minus puide attendētes ꝙ pretextu excōicatiōis opposite a psecutione appellatiōis non debeat quis excludi cum omnis legitima defensio excōicato in iudi= cio reseruetur: partē aduersam non esse cogendā ad respōdendū eisdem perperā decreuistis: propter quod dictum capitulum nostrā audientiā appellarunt: ꝛ infra. ¶ Mandamus quatenus si est ita: exceptione huius modi non obstante/ in eodem nego= cio procedatis. Idem. Ca. xi

Reus in qualibet parte litis excommunicationem contra actorē obiciēs audit ꝛ si maliciose distulerit in expensis condēnat et da to ꝙ non excipiat ipse iudex publi= ce excommunicatum repellet.

Exceptionē excōmunicationis in dilatoriis pponendis reus ca. xii

scienter omittens in qualibet parte litis opponere minime prohibet: q͛ est i hac exceptiõe spãliter obseruã dũ: ne quisq̃ in periculũ anime sue excõmunicato cõmunicare cogatur. ¶ Qui si eã omiserit vt actor laboribus et sumptibus fatigetur in expẽ sis est legitimis condẽnandus. ¶ Excõmunicatus aũt publice et si hmõi exceptio non opponit nihilominus est officio iudicis repellẽdus. I dẽ

Non competit exceptio rei iudicate reo absoluto quia non possidebat.

c.xiij. Aduersario tuo per iudicẽ absoluto q̃n tempore mote litis rem petitam ab ipso sine dolo desierat possidere si eã modo possideat: tibi petenti denuo rei iudicate exceptio non obsistat. I dem.

Ualet rescriptũ impetratũ ab excõmunicato sup ꝓsecutione appellationis: licet de excõmunicatione non fecit mentionem.

c.xliij Uenerabilem f.n. archiepiscopũ narbonen. qui a iudicibus ex sufficienti grauamine ad apo. se. appel. ad vos super appellatione sua nostras lr̃as reportauit et si ex causis aliis tempore impetrati rescripti vinculo fuerit excommunicationis astrictus de quibus ibi mentio non habetur ad prosequendã per easdem litteras appellationẽ predictam decreuimus admittendum. ¶ Quia nichil excommunicato appellare prodesset: si nõ posset appellationẽ suã ꝓsequi: et super eas lr̃as impetrare.

¶ De prescriptionib⁹. Ex cõ. aph̄it.

Episcopus contra epm̃ locum ꝑ se conuersum ad fidem prescribit triennio sed cum vacat ecclesia vel est in scismate non prescribitur contra ipsam.

Cap.i Placuit: vt quisq̃ aliquẽ locum ad catholicã vnitatem cõuerterit: si eũ per trienniũ nemine repetente tenuerit vlteri⁹ ab eo non repetatur. ¶ Si tamen per ipsum trienniũ fuerit eps̃ qui posset repetere: et tacuit. ¶ Si autem non fuerit/non preiudicetur matrici ecclesie. sed liceat cum locus acceperint epm̃/ex ipso die intra trienniũ repetere. ¶ Itẽ si fuerit eps̃ ad catholicam fidem ex donati parte conuersus nõ ei preiudicet ꝑsinitum tẽpus: sed ex quo die conuersus est habeat ꝑ trienniũ potestatem repetendi locum qui ad ipsam cathedram pertinebat. Ex registro gre. italie patricie.

Duobus modis summatur primo sic. Taciturnitas prelati non nocet ecclesie donec sit ꝑscriptum. Scdõ sic. In rebus inuasisnõ currit prescriptio. Jo. an.

Nichil prodest: et infra. Nichil cũ scandalo. nichil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis paupũ diffinire vobis scripsisse meminimus. Sed illud scire vos credimus taciturnitatẽ atq̃ patientiã nostrã futuris post me pontificibus in rebus pauperum preiudiciũ non facturam. Grego. ca.ij.

Per quietam et sinceram possessionem triginta annorum prescribit ecclesia rem priuati. h.d. prout loquit in ꝑscriptione ecclesie actiue et iste intellect⁹ tenendus est.

Sanctorum patrum sanctiões statuentes confirmauerunt: et nos irrefragabiliter confirmam⁹ vt omnes possessiones ad singulas prouincias nostrorum fratrum pertinẽtes a quibus per triginta annos possesse sunt quiete et sincere absq̃ sinodali proclamatione perpetuo teneantur. Alexan. iij. salernitano archiepiscopo. ca.iij.

Quarta decimarum et funeralium prescribitur contra episcopum i⁹ quadraginta annorũ spacio nõ sc..uatur: et cathedralis ecclesia interim non vacauit.

De quarta decime et oblationis defunctorum clericus ab impetitione episcopi quadragenaria prescriptione temporis se posse tueri videtur. ¶ Nisi forte interim pastoralis sedes caruisset pastore q̃ iura ecclesie sue exigere debuisset. c.iiij.

Mandam⁹ quaten⁹ nisi dicti ordina rũ per speciale priuilegiũ ap. se. pre stãdis pcurationib⁹ ostẽderit se imu= nes (etiã si lõgissimo tpe pcuratõis obsequiũ nõ impẽderit: cũ in talib⁹ pscriptio sibi locũ nequeat vẽdica= re) ipos ad pcuratõis sarcinã ordi ne debito subeũdã teneri decernas. I dẽ de cõst. ꝛ de sc̃o donato ꝑoꝛib⁹

Subditus nõ prescribit obe= dientiã cõtra prelatũ.

ca. xij. Cum nõ licet a capite mẽbra re= cedere nõ sufficim⁹ admirari: ꝙ sicut referẽte brachareñ. archiẽpo nobis est intimatũ: lꝫ ecclie vestre in ipsi⁹ sint dioce. ꝯstitute vos tñ obe= dire sibi tãꝙ ẽpo vestro contumacit recusatis: ꝛ infra. Ideoqꝫ mãda= mus quaten⁹ pfato archiẽpo ꝛ ecclie bracharẽñ. obediẽtiã ꝛ reuerẽtiã de= bitã sicut alij clerici sue dio. faciunt impẽdatis prescriptiõe tẽpoꝛis nõ obstante. I dem no. vi. ma.

In iurib⁹ ad romanã ecclesiã spectantibus: currit sola cen tenaria prescriptio.

ca. xiij. Ad audientiã apostolatus no. peruenit. ꝛ ifra. Proponebat ex parte tua Alexan. papã pde. n. tibi in castro palatioli cõcessisse singu= lis ãnis. xl. sol. denarioꝛum papieñ. quos ro. eccle. ibi cõ sueuit recipere annuatim insup comestiões: bãna: placita foꝛisfacta ꝛ oĩa iura que ibi ap. se. habebat. Sed ea tibi ratiõe nulla deberi castellan⁹ eiusdẽ castri ꝯstãtissime asserebat. Adque pbãda inducebas pdicti pape priuilegiũ: ꝛ libꝛũ eccle. ro. cẽsualẽ. hoc etiã nite baris pbare p testes ꝙ dicebãt se vi= disse prescriptũ cẽsum nũcijs rom. põti. a. l. annis ꝛ infra fuisse solutũ. Sed iter alia fuit ex aduerso respõ= sum ꝙ nec priuilegiũ nec liber cen= sualis tibi aliqͥd cõmodi afferebãt: cũ puilegio vsus non fueris spacio annoꝝ. xxx. ꝛ liber cẽsualis suspect⁹ existeret qꝛ nõ fuerat in camera nr̃a recept⁹ ac scriniari⁹ alio modo scri= psisset dicta testiũ ꝙdixissẽt. Nos igitur magis auctoꝛitatẽ priuilegij ꝙ depositiones testiũ attendentes cõsiderãtes etiã libꝛũ censualẽ qu⁹ nõ suspectũ habuim⁹ lꝫ nõ in nr̃a sed in cardi. s. adriani camera sit inuẽt⁹ ꝙ eũ qñ camerari⁹ fuerat de camera beati petri: suscepit nec credẽtes ip sum scriniariũ (cum iuratus sit offi ciũ suũ fideliter exequi) aliud scri= psisse ꝙ a testibus diceretur. Respi cientes insup (qꝺ est lõge validius) ipsum negociũ tangere pncipaliter ro. eccle. cõtra quã nõ nisi cẽtenaria prescriptio currit: in solutione pre dicti censu ꝛ alioꝝ petitoꝝ cons demnauim⁹ partem aduersam inui= gentes eidem vt tibi nõ tãꝙ tibi: sꝫ tãꝙ ec. ro. (cuius auctoꝛitate debes percipere cui⁹ etiã ꝓpter pdicta bñ= ficia vasallus existis) sine difficulta te psoluat. I dẽ hel. ꝛ gu. abbatib⁹.

De cẽtenaria prescriptõe quẽ solũ currit cõtra romanã ec= clesiã tẽpoꝛa scismatũ deducãtur.

Cum nobis: ꝛ infra. Licet tam legali ꝙ canonica sit diffiniti= one statutũ vt cõtra ro. ec. que gau= det priuilegio speciali nõ nisi centũ an. prescriptio locũ sibi valeat vẽdi= care tẽpoꝛe tamẽ intercidentiũ scis= matũ ꝙ ꝺm iuris oꝛdinẽ cursum pre= scriptiõis impediũt: nolum⁹ aliqua ten⁹ cõputari: sed diligẽti cõsidera= tione adhibita de ipsa cõputatione deduci. I dem helieñ. ꝛ rofeñ. ẽpis. c. xiiij

Prelatus inferioꝛ põt prescri bere in certis ecclesijs sue dio cesis totũ ius ẽpale: subducit tamẽ de prescriptione tempoꝛis quo va= cauit ecclesia cathe.

Auditis ꝛ intellectis merit is cãe que vertit inter vigoñ. ẽpm ꝛ abbatẽ de heueschã sup ecclesijs in valle de heueschã quas ẽps asserit ad se diocesana lege spectare: abbas ãt eas esse ab ei⁹ iurisditione pꝛoꝛsus exemptas ꝛ infra. Verũ tãto tem= poꝛe pbant per testes ab abbatibus de heueschã pleno iure possesse: vt videãtur in eis episcopale ius legi= time prescripsisse: ꝛ infra. Quoꝛ circa mandamus quaten⁹ inspectis priuilegijs the. ꝛ rof. regũ que abbas super pmissa libertate asserit se ha= ca. xv.

bere: si per illa cōstiterit q̄ vallis de heuescha sit ille locus quē .C.p.no. libertati donauit: absoluatis abbatē ab ipetitiōe epi sup ecclesijs memoratis: ⁊ adiudicātes illas abbati pleno iure subiectas epo super illis silentiū iponatis. Quod si abbas in hac pbatione defecerit audiatis pbationes sup tempore quo infra .xl. annos sedes episcopalis vacauit: et si per tantū temporis vacasse constiterit vt illo subducto nō sit quadragenaria cōpleta prescriptio: vos in illis ecclesijs ius episcopale adiudicetis epo et sup illo perpetuū silentiū imponatis abbati. Si autē exceptionē huiusmodi eps nō pbauerit: qr tamen interruptionē pbauit circa pcessionē penthecostalem in villa et ecclesia de mortana: ⁊ receptionē ac pcurationē archidi. necnō solutionem denariorū sancti petri in valle de heuescha: circa cognitionem q3 causarū matrimonialiū ⁊ capellani suspensionē in predicta villa de mortana: ⁊ interdictū capellarū in p̄fata villa de heuescha vos super his ius episcopale adiudicetis eidē: si tamē circa suspensionē ⁊ interdictū hmōi infra .xl. ānos interruptio facta fuit in ceteris ei silentiū imponētes que abbas prescripsisse probatur.

Idem parisien. episcopo.

Nō potest subditus cōtra superiorē visitationē aut procurationē ratione visitatiōis debitam in seipso prescribere: Quis alius in psonā alti⁹ p̄scribere posset vtrāq3.

c.xvi. Cum ex officij sui debito senonen. pꝛuinciam visitaret archieps senon. per parisien. dioce. transitū faciēs ad abbatis scti maglorij prioris de casires ⁊ quorūdā aliorū ecclesias eiusdē dioc. necesse habuit declinare: a quib⁹ cū procurationē sibi debitā postularet: ipsi eam inhumaniter negauerūt ad sue negationis defensionē hoc solū allegantes: q̄ nō meminerāt se pcurationē huiusmodi predecessorib⁹ eiusdem archiepiscopi exsoluisse nec ab eis aliquādo fuisse petitā: ⁊ infra. ¶ Nos igitur p̄missam allegationē eoꝝ nullam penitus reputantes cum contra pcurationem que ratiōe visitatiōis debetur p̄scribi nequiuerit quemadmodū nec cōtra visitationem ipsam potest aliquo modo prescribi: et si alius contra eum prescribere posset vtrāq3 ideoq3 mādam⁹ quaten⁹ sententiā quā in huiusmodi cōtemptores de antiqua metropolis cōsuetudine tulit archieps memorat⁹ vsq3 ad satisfactionē cōdignā facias obseruari: quia secūdū apostolū. Qui spiritualia seminat nō est magnū si metat carnalia: cū nemo cogat suis stipendijs militare. ¶ Si quid enim aliud q̄ superius fuerit allegatum: contra intentionē archiepi obijcere voluerit: et pbare: nos eis faciem⁹ iusticiam exhibere.

Idem pisano archiepiscopo.

Qui alieno nomine possidet: non prescribit nec etiā is qui proprio: nisi habeat bonā fidē et iustum titulum. si presumptio est contra eum. h.d. secundū Jo. an. addita suppletione panor.

Si diligenti et infra. Cū iudicatus calaritanus ad ius ⁊ pprietatē beati petri pertineat sicut tota sardinia nullo ptinet mediante tibi nō licuit pro te/vel ecclesia tua a marchiōe masse iudice calaritano fidelitatis exigere iuramentū: ⁊ infra. ¶ Hos igit que nūcius tuus pponere voluit plenius circūspectis: nō intellexim⁹ te vel ecclesiā tuā sup hoc aliquo iure subnixā. cū auctoritatem se. apo. nō ostendas per quā a iudicib⁹ calaritanis tu ⁊ ātecessores tui fidelitatis exegeritis iuramenta nec p̄scriptione aliqua muniaris cū secūdū cōfessionē tuā nec eccla pisana vel tu fueris i qua si possessiōe iuris exigendi hmōi iuramentū: qd per se. apo. ab ipsis iudicib⁹ receptū fuisse fateris: per quod cōstat ecclesiam romanā semper in quasi possessiōe fuisse cū pro ea ministerio tuo et antecessorū tuorū exactū fuerit ⁊ prestitū iuramentū: et is etiā possidere dicatur cuius nole possidetur. c.xvij.

Si vero dicatur ꝙ nomine tuo ⁊ an=
tecessorum tuorũ ⁊ nõ nomine nr̃o:
et ecclesie romane fuerit iuramentũ
exactũ posset inferri ꝙ iuramentum
prestitũ de conseruando iure et ho=
nore se.apo. fuerit violatũ vnde li=
cite retineri nõ posset qđ contra iu=
ramentũ huiusmodi fuerit scienter
obtentũ quia etiã secũdũ hoc locũ
prescriptio habere non posset cũ in
prescriptione rerũ ecclesiasticarum
bona fides ⁊ iustus titulus exigant
et si etiã locũ potuisset habere ꝑscri
ptio nõ credimus cẽtenariã prescri
ptionem (que sola currit aduersus
roma. ecclesiã) posse probari.

Idem episcopo lucano.

Abbas in capellis prescribere
potest iura episcopalia obti=
net tamen in his solis q̃ prescripsit.
h.d. quo ad titulum.

c.xviij Cum olim frater episcope eum
abbate ⁊ monachis sancti sal=
uatoris de sicheto sup plebe salma=
zane ⁊ adiacentibus capellis ipsius
in nostra presentia ligando: institu=
tionem in eis et alia ius episcopale
pertinentia vendicares: ad fundan=
dam intentionẽ tuã ius cõmune ꝓn=
cipaliter allegabas cuiꝰ auctoritate
dicebas vniuersa spiritualia in pre=
dictis locis que sunt in dio. tua cõ=
stituta ad te tanꝙ̃ ad diocesanũ epi
scopũ ꝑtinere: arbitriuz ꝓterea sup
hoc ꝓmulgatũ a pistorien. epo archi
ꝓsbytero ac primicerio lucanis alle
gans. Ad elidendã autem inten=
tionem tuam abbas grego. vij. pape
priuilegiũ exhibuit: qđ predictũ ar
bitriũ multo videbatur tẽpore pre=
cessisse: per quod tam monasteriũ ꝙ̃
plebs ⁊ capelle predicte videbant li=
bertati donate ⁊ infra. Alioꝝ quoqꝫ
roma. pon. dictus abbas priuilegijs
vtebatur post arbitrium promulga=
tum obtentis qui libertatis priuile=
gia sibi cõcedere videbant: ⁊ infra.
Quia predictus abbas sufficiẽter
ostendit monasterium suum sup in=
stitutionibus destitutionibꝰ ⁊ ordi=
dinationibus plebani: ⁊ clericorum
baptismo et penitentia in leuioribꝰ
culpis sepultura decimarum perce=
ptione ac diuinis officijs celebran=
dis tam in plebe ꝙ̃ in capellis predi
ctis in excõmunicando atqꝫ interdi
cendo ⁊ etiam absoluendo legitima
prescriptiõe munitũ: abbatẽ ipsum
ab impetitione tua super iam dictis
articulis duximus absoluẽdum sup
illis tibi perpetuum silentium impo
nẽdo: super alijs omnibꝰ que ad ius
episcopale spectare noscũtur iuxta
tenorem arbitrij eũdem abbatẽ quo
ad plebem ⁊ capellas predictas sen=
tentialiter condemnantes.

Idem.

Qui prescriptione cõpleta ꝓ=
uilegium cõtrarium impetrat
et vtitur illo prescriptiõi renũciat.
Si prescriptio nõ erat cõpleta: ma=
lam fidẽ habet: ⁊ ideo nõ ꝑscribit.

Veniens ad pre.n. abbas. s. mar
tini de pãnonia: ⁊ infra. Pe= Capi.
tijt a nobis postmodũ idem abbas xix.
vt vesprimen. epũs non impediat vel
faciat impediri: quominus omnes q̃
in simagien. parrochia vł comitatu
cõsistunt de omnibus que possident
decimas sibi soluant: sicut in priui=
legijs paschalis pape pre.n. ⁊. S. re
gis stephani cõtinetur. Prefatus
vero epũs postulauit vt decimas sima=
gien. comitatus infra sue dioc. ter=
minos constitutas quas detinet idẽ
abbas sibi restitui facereꝰ nisi ali=
quo iure speciali sibi ipsas possidere
monstraret: ⁊ infra. Crisma vero
oleũ sanctũ consecrationes altariũ
seu basilicarum: ordinationes cleri
corũ qui ad sacros ordines promo=
uendi fuerint: clerici ecclesiarũ vel
capellarũ ipsius mõasterij quod est
in vesprimen. dioce. cõstitutũ a ve=
sprimen. episcopos postulabunt: si
quidem catholicus fuerit ⁊ gratiam
se. apo. habuerit ⁊ ea gratis sine pra
uitate aliqua voluerit exhibere alio
quin ab alio queꝫ maluerint presule
catholico suscipiendi ea liberã ha=
beant facultatem: sicut in priuile=
gio dicti paschalis ⁊ alexandri pape
predecessores nostros perspeximus
contineri.

quatenus si vobis cōstiterit eos per iudicium ecclesie non fuisse legitime separatos: ecclesiamqz deceptā ipsos faciatis sicut virum et vxorem insimul permanere. Idem. T. et clericis sancte anastasie veroñ.

Retractatur sententia pretextu inique cōsuetudinis lata contra ecclesiam.

Cum causa que vertit' iter vos et B. et A. laicos sup domo qua dā eis ab archipsbytero vestro vendita ad examen. J. apo. se. legati delata fuisset post ap. ad nos interpositam et receptas inducias quoniam infra terminū tibi filij. T. ad eū psequendā prefixū iter non arripueras cōtra te sententiā pferens memoratis. B. et A. pretaxatam domū secundum veroñ. ciuitatis cōsuetudinem adiudicare curauit deinde cū causa fuisset ad nos per appo. delata: brixieñ. epūs delegatus a nobis sententiam cōtra vos (spreta forma canonū) secūdum eādem cōsuetudinē sicut prefatus legatus fecerat: pmulgauit. Nos autē cōsiderantes qꝫ licet vsus vel cōsuetudinis non minima sit auctoritas nūqꝫ tamē veritati aut legi preiudicat prescriptam sententiā reuocauim⁹: et vos ab impetitione absoluentes illorū vobis et eccle. vestre domū adiudicauim⁹ supradictam.

Idem eboraceñ. archiepiscopo.

Sententia iniqua retractatur per superiorē: licꝫ causa fuerit appellatione remota cōmissa. Si autem cōtinet manifestā iniquitatē est nulla. h. d. intelligendo qꝫ ponat duos casus.

Interceteras: et infra. Idem cū aliqua causa appellationis re. cōmittitur: et sententia fertur inique eā euacuari oportet nec ei debet stari si iniquitatē contineat manifestā.

Clemens. iij.

Sententia lata cōtra absentē non cōtumacem in causa matrimoniali nō valet. h. d. intelligendo qꝫ hec mulier non fuit cōtumax. Panormitanus.

Tenore litterarū tuarū ostendit qꝫ cū inter. R. et mulierē que sitio matrimonū verteretur et theatino epō cōmissa fuisset idem eūdem R. muliere absente ab impetitiōe ipsius absoluit. Ceterū eadem mulier a nobis ad te litteras impetrauit vt de causa cognosceres: et eā fine debito terminares: et infra. Dict⁹ vero R. a te vocatus ad causam infirmitate pretensa nō affuit sed quia nocte sequēte aliā sibi copulare psumpsit: in eū excōmunicationis sententiam pmulgasti: a qua postmodū absolutus ad te veniens ostendit litteras epi memorati: quib⁹ eū ab indetatione ipsius absolutū fuisse patebat. Quia igitur mulier suos testes offert ad pbandū qꝫ idem. R. eā desposationis anulo publice subarrasset: et tu qd super his agere debeas postulas edoceri. Ideoqꝫ inquisitioni tue taliter respondem⁹ qꝫ (nō obstante illicita absolutiōe quā epūs fecit) in causa pcedas: idem. R. sub pena excōmunicatiōis arctius inter dicens: ne ad eā quā supinduxit accedat pri⁹qꝫ fuerit cā decisa. Idē. — cap. S

Sententia diuortij in causa matrimoniali rite lata: ad solam cōiugis cōfessionē asserentis cōtra riū nō reuocatur: sed interim ei stātur donec legitime de contrario doceatur. Ita summatur vt aliquid de nouo afferat. Panormita.

Consanguinei. E. latricis presentiū sicut tuis litteris intimasti compaternitatē inter ipsam: et virum suum legitime pbauerūt ita qꝫ inter eos sententiā diuortij protulisti predicta vero. E. cuꝫ sit tibi postmodū cōfessa qꝫ eius cōmater in veritate ante sententiā non fuisset: sed post separationē cōpaternitatē cuꝫ eo traxit: et tandem ad secūdas nuptias conuolauit: et infra. Fraternitati tue respondem⁹: qꝫ propter solam cōfessionem mulieris nō est recedendum a sentētia per iudiciū ecclesie rationabiliter pmulgata: nisi legitime in contrariū probaretur. — ca. xi.

Inno. iij. archi. et sacriste magaloñ

Si papa contra pronunciatio nem suã cõfert bñficiũ hoc ta cito: surrepticia dicitur collatio et non tenet.

ca.xij. Cum olim magalossi.eps. p. de castro nouo ad vacantẽ archi diaconatum eiusdem ec.nominasset I.preposito: vt nullus ibi (nisi prius dupplici sibi voce ꝯcessa) institueret per appella. interpositam inhibente eps dictũ p.de archidia. per suum anulũ inuestiuit. Prepositus vero aliũ ad eundem archidiaconatũ noia re presumpsit. Tandẽ fe.predecessor noster.quod factum fuerat ab vtraq parte cassauit/pronũcians ꝙ aliquibus scriberet.vt tam epm ꝙ personas ad ordinandũ concorditer archidiaconatũ monerent: et eorũ forte monitis nõ admissis hoc ipsi exequi non differrent post hec vero dictus predecessor noster G. ꝗ nondũ ad diaconatus erat promotus officium preter conscientiã procuratoris epi apud se.apo.tunc morantis ipsũ archidia.contra pronunciationẽ suam contulit: sicut credimus circũuẽtus. Nos igitur inherentes vestigiis predecess.no. dicentium sententiam ro.se.cum aliquid fuerit surreptum posse in melius cõmutari: qđ de predicto G.factum est nõ obstante donatione quã ab eodẽ epo in elusionem donationis apostolice nuper dicitur recepisse: in irritum reuocamus: et ei licet absenti cum de surreptione liquida constet super dicto archidiaconatu perpetuum silentiũ imponentes precipiendo manda.quatenus sepedictũ archidiaconatum (plena omnium vestrũ qui presentes fuerint in ecclesia interueniente cõcordia) ordinare curetis. Idẽ abbati et conuentui sancti zenonis veroñ.

Ualet snia cõtra ius litigatoris lata si ab ea ĩfra.x.dies nõ fuerit appellatũ.vel sic et alit. Per sniam a qua nõ fuit appellatũ potest ec.subiici prelato inferiori episcopo seu ad aliam ec.pertinere.

Capi. xiij. Cum iter vos pro ec.vra et archipbrm et clericos.s. proculi sup subiectione eiusdẽ ec.ꝗstio verteret: ex parte vra fuit ꝓpositũ ꝙ dicta ec.monasterio vro pleno iure dz esse subiecta vcz in institutione/destitutione/inuestitura archipbri: et eiusdẽ fidelitate ipsius et fratrũ obedientia: correctione representatiõe ad ordines tonsuratiõe: susceptiõe crismatis: letaniis et aliis similibus que plena subiectio declarat ad qđ probandũ istrumentũ publicũ cõcessionis B.quõdã veroñsis epi pars vra in mediũ ꝓducebat: quã cõcessionẽ successor eius G.ratã habuit et cõfirmauit. Sup his quoq tã ro. pon. ꝙ patriarcharũ aquileg. priuilegia et cõfirmationes idurit: quorũ vnus de subiectiõe plenaria i priuilegio suo euidenter expssit qđ sub testimonio R.quõdã veroneñ.epi ꝗ eiusdẽ ec.archipbr extitit factũ fuerat et cõpletũ et in eodẽ a priori scti zenonis mandauit suavice subscribi. Adiecit etiã pars vra.ꝙ inter B.quõdã abbatem eiusdẽ monasterij: et scti proculi archipbrũ et fratres ipsius ꝓcedente tempore de fidelitate et obediẽtia manu ali ꝯtrouersia fuit exorta: ad ꝗ duo illi dũtaxat teneri negabant et super his testes producti fuerũt: tandẽ pfatus G.veroneñ.eps quẽdã cardinalẽ sequens a quo idẽ fuerat iudicatũ ꝙ vel archipbr dimitteret ec. aut abbati obediẽtiam repromitteret snialiter diffiniuit: cuius snia (cũ nulla fuerit appellatiõe suspensa) in rẽ trãsiit iudicatã: et infra. Quãuis forte dicto instrumẽto donationis non sit plurimũ innitendũ: nec cõfirmationibus nec priuile. que de ipso causam et originem acceperunt: attendentes tñ ꝙ quãtum ad litigãtes ipsos ius ex sentẽtia factũ fuit postq in rem transit iudicatã etiã si contra ius litigatoris lata fuisset: cum contra ius cõstitutiõis expresse lata nõ fuerit veritate gestorum sermonibus preualẽte ꝗ psumit rite pro oia celebrata diffinimus: vt archipbr scti proculi ꝗ pro tpe fuerit fidelitatẽ et obedientiam prestet abbati sancti zenonis.

Idem cano.nouarieñ.

Sententia contra actorem lata nihil iniqui continens venit in causa ap. confirmanda: licet per attestationes videatur pro actore fuisse probatum dummodo pro snia concurrant presumptiones de quibus hic in littera: et secundum hunc intellectum est hic casus singularis valde.

c.xiiii Causam que inter vos: et A. clericum super prebenda novariensi. ec. vertebatur laudensi epo de consensu partium commisimus terminandam: qui pro vobis contra dictum A. diffinitivam sententiam promulgavit: a qua fuit ad nostram audientiam appellatum: et infra. Licet ex parte ipsius A. fuisset propositum quod contra formam mandati nostri dictus eps sniam promulgavit / sicut per attestationes nitebatur probare quia tamen iudicis animus non semper ad unam probationis speciem inclinatur et ipsa snia nichil continebat liquidum et eidem iudici de communi partium assensu fuerat causa commissa. quod ut sniam ferret post examinationem cause ab utraque parte fuerat requisitus sententiam ipsam curavimus confirmare.

Idem constantino episcopo.

Uxor maritū professum repetere pōt nō obstāte licētia pstitendi ab ea metu extorta.

C.xvii. Accedēs ad p̄ntiā nr̄am J. mulier proposuit: q̄ cū U. vir eius eū sibi matrimonio copulasset volēs tandē idē vir habitū assumere monachalē postulabat humiliter ab eadē vt tā pio proposito faueret ipsi⁹ que propter multa verbera et alia grauamina que dictus vir inferebat eidem seipsā asserens dimissurū: ānuit vo tis ei⁹. Cū q̄ idem in domo de vender. cistercie. ordinis religionis habitū assūpsisset: mulier in domo mo nialiū nullo sibi habitu religionis as sumpto vel voto puersitionis emisso permāsit processu vero tēporis eū idē vir ad seculū rediens religionis habitū reliquisset: eadē mulier se in stanter ab ipso petiit reassumi. et infra.
¶ Quocirca discretioni vestre mandamus quaten⁹ si res ita se habet dictū virū vt eā recipiat: eiq̄ affectum exhibeat coniugalē appel. re. cogatis. Inno. iij. episcopo et decano et thesaurario ligoñ.

Uxor professi que dedit viro licentiā profitendi non compellitur ingredi religionem si continens est: et non suspecta.

C.xviii. Significauit nobis. A. mulier q̄ cū ipsa. F. viro suo coram decano sancti quiriaci vice archiep̄i

senonē. in hac parte fungente Iniam concesserit religionē intrandi. conti nētie tñ voto eidem iniūcto et recepta fide ab ipsa quod perpetuo cõtine=ret: idem decanus post factā pfessio nem a viro predicto in monasterio in quo habitū assumpserat monachalē asseruit ipsā debere religionē intra=re: quia licet id primo nõ expressisset eidē et hoc expresso illi licentiā nõ dedis=set: et infra. ¶ Quocirca mandamus quatenus si est ita et est talis etatis de qua suspitio haberi non possit: ip sam votū cõtinētie obseruantē īntra=re monasteriū cõpelli non permittas tis inuitam. Grego. ix.

Adultera quā maritus recõci liare nõ vult ad agendū penitentiā in aliquo claustro collocatur.

ca. xix. Gaudemus in dño. et infra. ¶ Mulieres vero que relicto marita li thoro lapsu carnis ceciderūt si ma riti earū a te diligēter cõmoniti eas ad frugē melioris vite cõuersas noluerint recipere propter deū in clau stris cū religiosis mulieribus studeas collocare vt ppetuā penitentiam ibi agant. Idem J. monĩali mo nasterij de plauda.

Si cõiuges se adinuicē absol uerūt cõtinētiā pmittendo et vterque vel alter eorū religionē pfite tur alter alterū repetere non potest.

ca. xx. Audum a L. laico mota cõtra te quā vxorem suā dicebat mate ria questionis R. sancte. xp̄i. i comes. disco. cerdi. dedimus auditorem. ¶ Corā quo dictus L. cõquerēdo p ponens quod indebite recusabas eidem (cuius vxor eras per consensū de p̄senti et carnis copulā subsecutā) ma trimonialiter adherere te sibi resti=tui postulauit. ¶ Ad quod fuit respõ sum quod ipse pro aĩe sue remedio pura et spontanea voluntate presentibus duobus religiosis sacerdotibus et a l hbitis. v. testibus fide dignis oĩ iu ri qd in te habuerat renūciauit om=nino: resignādo illud in manibus alte rius ex sacerdotibus supradictis: qui in personā ecclie resignationē hmõi recipere pcurauit et quod idē L. se castitatē seruaturū pmisit pauperūque ho spitalis de ponte obsequiose deuouit pmittens voto solēni oĩa et singula supradicta: et tribuens tibi licētiā ad monasteriū transeundi: te versa vice similiter pmittente ac tribuēte illi li centiā: et ius quodlibet resignāte: sicut hec oĩa dicebātur p publicū īstrumē tum esse pbata manu. B. notarij ares tiñ. cõfectum. ¶ Uersū pnominatus L. pposuit quod casu amisso instrumento prefato illud in prima psona qd pri us erat in tercia. Insertis pluribus in vno aliter quam in alio fuit ab ipso for matū et cū tibi iratus fuisset sicut ver ba et verbera indicabant nõdū calo re iracundie quiescēte quidā ipsum deceptorie allexerūt: propcnētes ei dem quod i hospitali pdicto cibis ad li bitū posset vti: ac ppriū retinere p̄fato B. nichilominus pmittēte quod nõ solū ardorē sed etiā appetitū libidi=nis extingueret in eodē: ppter quod quic quid in hac parte fecisse dinoscit ira tus seductus pariter et illectus: et sub spe pmissionis ac sub ea cõditione vel modo si posset cõtinentiā obser=uare: asseruit a se factum. ¶ Sed ad ista respõdebatur ecõtra: quod an tabel lio in tercia persona instrumētū cõfi ciat vel in pma (dūmodo nõ mutetur substātia veritatis) nichil interesse videt. Insup quamuis aliquando spes memorato L. data fuisset: per quam ad hoc se pposuit inductū eo tñ tēpo re quo talia facta fuerūt: pure sim=pliciter: ac voluntarie pro amore dei et remedio anime sue solūmodo ad votū et ad alia supradicta noscit p̄=cessisse propter quod a consortio se cularium hominum debet discedere vitamque mutare cum se illius etatis esse proponat vt sine suspitione in=continentie non valeat in seculo re=manere. ¶ Nos itaque habito. f. n. con silio te ab impetitione dicti L. sentē tialiter duximus absoluendam per=petuum illi super hoc silentium im=ponentes. Idem.

Breue est sed per alia verba po test summari. Post sententiaz diuortij quo ad thorum latā ob for


Decretal.

nicationem spiritualem mariti pōt
vxor liberereligionem intrare.
c.xxi. Mulier que in fide remansit pōt
nolente viro qui ab infidelita
te revertitur propter quā ab eo fue=
rat iudicio ecclesie separata ad reli=
gionem libere convolare.

De conversione infideliũ. C e.iii.

Non potest quis illam habere
in vxorē cuius maritū occidit
machinatione ipsius mulieris secus
si sine machinatione Et est pulcher ꝛ
quotidianus casus.

cap.i. Audabilē ꝛ infra. In



terrogasti de sarracenis
qui dum in captiuitate
essent quarūdā christia
narum viros earum insi
diis ꝛ machinationibus
occiderunt: vtrū quia postea per ip
sas ad fidē christianā conuersi sunt
eas de iure possint accipere in vxo=
res: vel si duxerint coniugiū teneat
eorundē. Hic triburiensis conciliū re
gula contenti sumus asserentes: ꝙ
si in mortem ipsorum maliciose fue
rint machinate licet earuꝫ studio ad
fidem accesserint: nec tamen eis ad=
herere debent nec sunt si adheserit
etiā tolerandi. nam cum tale dānum
tali lucro ecclesia compensare nō ve
lit. Ad hoc sarraceni quidam in
bello sunt christianos interfecisse no
tati ꝛ christiani similiter sarracenos
postea vero sarraceni ad fidem con=
uersi vxores eorum quos in belli cer
tamine occiderunt sibi matrimonia=
liter copularunt ꝛ idipsum christia=
ni de sarracenis mulieribus conuer
sis ad fidem fecisse noscuntur q̄ post
ꝙ de priorum virorum morte com=
pererint veritatem diuortium con=
stanter exposcūt. In his igitur re
spondemus ꝙ cum tales non procu=
rauerint virorum interitum defun=
ctorum: matrimoniū inter huiusmo
di personas licite potest contrahi et
taliter copulari diuortium nequeūt
postulare. Grego. ix. argētinē. epo.
Si alteri fidelium coniugū ve
nit ad fidem altero remanente
in infidelitatis errore cōmunis pro
les assignatur conuerso.
Ex litteris tuis accepimus: ꝙ q̄ ca.iii.
dam de iudaice cecitatis erro=
re ad christum verū lumē adductus
vxore sua in iudaismo relicta in iu=
dicio postulauit instanter vt eorum
filius quadriennis assignaretur ei=
dē ad fidem catholicam quam ipse su
sceperat perducendus. Ad quod
illa respondit ꝙ cum puer adhuc in=
fās existat: propter quod magis ma=
terno indiget solatio ꝙ paterno: sibi
ꝙ ante partuꝫ onerosus dolorosius
in partu post partum laboriosus fu
isse noscatur: ac ex hoc legitima con
iunctio maris et femine magis ma=
trimoniū ꝙ patrimoniū nuncupetur
dictus puer apud eam debet cōuenis
entius remanere. ꝛ infra. Cū autem
filius in patris potestate cōsistat: cu
ius sequitur familiam et non matris
et in etate tali quis non debet apud
eas remanere personas de quibꝰ pos
sit esse suspitio ꝙ saluti vel vite insi
dientur illius et pueri post trienniū
apud patrem non suspectum ali de=
beant et morari: materqꝫ pueri si eū
remanere contingeret apud eam pos
set illum adducere ad infidelitatis er
rorem in fauorem maxime fidei chri
stiane respondemus patri eundē pue
rum assignandum.

De voto et voti redemptione.

Alexander. iii. exonē. episcopo.
Uota possunt elemosinis redi
mi vel in aliud commutari in=
tercedēte superioris auctoritate ꝛ iu
sta causa redimendi vel mutandi. cap.i.



e peregrinationis vo=
tis an elemosinis redi=
mi possent vel pro neces
sitate in aliud cōmuta=
ri: Respondemus: ꝙ
ab eius qui presidet pen
det arbytrio vt consideret diligenti
us qualitatem persone et causam cō
mutatiōis. s. an ex infirmitate seu af
fluentia diuinarum an alia causa p=
babili peregrinatio an recompensas
tio melior fuerit: et deo magis acce
pta. Et secundum hoc debet exinde
dispensare. Idem norvicē. epo.

Commutat papa votum ultramarinum in his maxime qui in puerili etate voverunt.

ca.ii. Sententiis ad nos. R. narratione accepimus etate constitutus hierosolimam disposuit proficisci. cuius dum quoque qui sepulchrum domini propter fuerat visitare fidem dedit et suam recepit ab eo: quod sibi invicem in via socii fideles existerent: et infra. Nos autem ipsum a voto quod in etate tenera facilitate potius quam ex arbitrio discretionis promisit absolvimus: ita tamen quod idem voti elemosynis redimat: et iuxta consilium nostrum toto vite sue tempore uni pauperum christi (dummodo ad hoc sue facultates sufficiant) debeat providere. Idem magistro. A. de mandeforde.

Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.

ca.iii. Litterarum tuarum: et infra. Cum ex quadam minutione nimio fuisses mortis pavore perterritus hec verba protulisti non diu hic morabor ponens in animo quod religionis habitum esses aliquando suscepturus et infra. Tibi igitur respondemus quod si plus non est in voto processum transgressor iudicari non poteris si non impleas quod dixisti. Idem.

ca.iiii. Omne votum mutabile est in votum religionis.

Scripture: et infra. Reus fracti voti aliquatenus non habetur qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare. Innocen. iii. stri. archiepo.

Executio voti ultramarini auctoritate pape potest ex causa differri.

ca.v. Non est voti dicendus transgressor qui quod voluit auct. sedis ap. distulit adimplere. Sane significavit nobis rex ungarie quod cum in regni perturbatione consilium et auxilium tuum sibi senserit hactenus profuisse utilitati eius non modicum derogaret si hierosolimam (sicut ex voto tene ris) regno pergeres impacato: et infra. Ideoque mandamus quatenus non prius iter arripias hierosolimam adeundi quam regnum ipsum fuerit tranquillitati pristine restitutum vel sua per hoc receperis ad aposto. se. mandatum.

Idem andree duci.

Ecclesia compellit heredem laici per excommunicationem et bonorum subtractionem ad executionem voti ultramarini ad quod se obligavit pro defuncto.

ca.vi. Licet universis liberum sit arbitrium in vovendo usque adeo tamen solutio necessaria post votum de sine periculo salutis dispendio alicui non liceat resilire. Accepimus siquidem quod cum rex ungarie pater tuus agens in extremis votum quod voverat domino hierosolimitanam provinciam in forti manu humili corde visitare: sub interminatione maledictionis paterne commiserit tue fidei exequendum. et tu assumpto crucis signaculo id impleturum sine dilatione qualibet promisisti: et infra. Mandamus quatenus postpositis ceteris sollicitudinibus usque ad festum exaltationis sancte crucis debitum acceptei crucis exoluens: propositum iter arripias et humiliter prosequaris. Ne si onus tibi a patre iniunctum: et a te sponte susceptum occasione qualibet detrectaveris: paterna te reddas successione indignum et hereditatis emolumento priveris cuius recusaris onera supportare sciturus extunc anathematis te vinculo subiacere: et iure quod tibi si dictus rex sine prole decederet in regno ungarie competebat ordine geniture privandum et regnum ipsum ad minorem fratrem tuum appel. postposita devolvendum.

Idem trecensi episcopo.

Commutat papa votum ultramarinum in vigilias orationes: et ieiunia tunc maxime cum cessat causa que induxit ad vovendum ita etiam quod expense fiende in eundo morando: et redeundo integraliter mittantur in terre sancte subsidium.

ca.vij Magne deuotionis: et infra. Cū trecen. ecclesia cōtra libertatem ecclesiasticā grauaretur: nec per aliū ꝙ per cāpanie comitem in vltramarinis partibus cōstitutū eidē ecclesie crederes posse de facili subueniri: ad ipsum ꝓposuisti accedere: ac in signū peregrinationis et deuotionis terre orientalis crucem dñicam assumpsisti: et infra. Quāuis aūt audita morte ipsius intentionem tuā conspiceres iā frustratā: noluisti tñ sine consilio ap. se. ad propria remeare: sed ingressus vrbē intētionis tue propositū ac statū trecen. ecclesie nobis humiliter expressisti: et infra. Et quidē tria precipue duximus in hoc negocio attendenda: qd liceat scdm equitatē: quid deceat ꝑ honestatē: et quid expediat secūdum vtilitatē. Sane nō videbatur cōtra votum licitū vt venires cū vox clamat prophetica. Vouete: et reddite dño deo vestro. et primū ad consiliū, secundū ad imperiū referatur. Sed nec decens videbatur cū sit scriptū in euāgelio. Nemo mittens manū ad aratrum et respiciēs retro aptus est regno dei: etc. Preterea nō videbatur expedire cū ex absolutione tua scandalū posset laicorum mentibus generari dicentiū: vbi est deus clericorū et hoc exemplo credentiū se ad voti obseruantiā non teneri. Quod enim agitur a prelatis facile trahitur a subditis in exemplum iuxta qd dñs inquit ad moysem in leuitico. Si sacerdos qui est vnctus peccauerit faciet delinquere populū. Uerū etatis sue senescentis defectus atqꝫ caniciesque vix labores et dolores suos tolerare possunt in contrariū: allegabāt et ecclesie trecen. suspiria cui vinculo pastoralis sollicitudinis es ligatus. si ne cuius assensu votū peregrinationis emittere forsitā non debueras: et infra. Ipsum etiā votū quod ex sui forma sanctū et honestū erat ex ꝑsona vouentis minus licitū videbatur Cum. n. iuxta canonica instituta clericus absqꝫ sui epi licentia pegrinari non debeat et eps non, min9 immo potius se. ap. sit astrictus videri merito poterat: ꝙ absqꝫ gñali vel spāli licentia votum peregrinationis quo te tandiu absentares emittere non deberes: et infra. Cum igitur in lege veteri in qua non minus ꝓceptū dñi obligabat ꝙ votū hodie obliget in ecclesia primogenita que dño mādabātur offerri quedā dño reddebantur vt primogenita leuitarū quedā redimerētur vt aliarū tribuū quedam cōmutarentur in aliud sicut primogenitum asini ꝙ pro oue cōmutabat ex hoc attēdētes ꝙ votū cōmutari possit in opus aliud pietatis: nō curātes quod os loquentiū iniqua loquatur dū tñ non recedamus a tramite veritatis: de illius auctoritate securi qui cum audisset a discipulis nonne scis qꝛ pharisei audito hoc verbo scādalizati sunt respondit sinite illos cecі sunt et duces cecorum tibi pro te et familis tuis licentiā cōcedimus votū peregrinationis taliter commutare vt expēsas quas fueras in eūdo morando et redeūdo facturus alicui religiose cōmittas in necessarios vsus terre illius sine diminutione quālibet transferendas: et infra. Laborē etiam laboribus recōpenses sollicitius instando vigiliis: deuotius vacādo orationibus: et in ieiuniis fortius te exercens. Ad hanc autē indulgentiam tibi faciēdā specialiter nos induxit ꝙ cum ꝓ libertate trecen. ecclesie ꝑdictum comitē assequendā precipue votum peregrinationis emiseris: eo sublato medio. qꝛ cessauere cause facilius cessare potuit et effectus.

Idem cantuarien. ar.

Impedito ad tempus exequi votū vltramarinū cōceditur dilatio ꝑpetuo vero īpedito indicitur redemptio in eo qd magis expediat terre sancte.

Quod super his: et infra. Quesiuisti de his qui ꝓ succursu terre sancte signo crucis assumpto propter infirmitatē vel paupertatē vel aliam iustā causam votū nō possunt vtiliter adimplere: cū sine distinctione receperis in mandatis vt eos qui c.viij

signum crucis assumptū abiecerunt ad resumptionē ipsius et executionē voti cōpellas. ¶ Nos aūt inquisitioni tue taliter respondemus quod debiles et inopes magis illuc in defectū quam ad profectum accedant cum isti pugnare nō possint et illi mēdicare cogantur nisi forte sint nobiles et magnates qui suis secū expensis bellatores adducant: vel artifices: et agricole qui de laboribus suis sibi possint acquirere necessaria et terre subsidia ministrare quibus nō multi taliū propter breuitatē possessionē et paucitatem inhabitantiū ibi sint oportuni. ¶ Unde credimus distinguendū inter illos qui temporalē et eos qui perpetuam impedimenti causam credūtur habere: quod primis indulgenda est dilatio secūdis aūt est redemptio iniūgenda: ac rerum facultate pensata quas possunt aut quas facturi esset expensas per sonarū preterea recōpensato labore in subsidiū terre sancte transmittāt: exequentes per alios quod per se nequeunt adimplere. ¶ Rursus inter illos qui pro defensione terre sancte votū peregrinatiōis emittunt: et eos quibus pro satisfactione suorum criminū iter peregrinationis iniungitur: credimus distinguendū quod circa primos plus terre sancte succursus et circa secundos plus labor itineris secundū intētionem vouentis vel penitentis debet attendi. Unde si quis hoc modo vouentium est inutilis ad pugnandū quam suis habilis sit ad eundū: melius est redimere votum quam expensas consumere: quod et de penitēte qui propter debilitatem non potest iter iniuncte peregrinationis implere sane valet intelligi: nō aūt de illo qui licet quibus sit impotens ad bellandū potens tamē est ad eundū: et infra. ¶ De mulieribus aūt hoc credimus obseruandū ut que remanere noluerint viros suos sequantur: cetere vero (nisi forte sint diuites que secū in suis expēsis possint ducere bellatores) votū redimant quod vouerunt.

Idem eidem.

Uotum vltramarinum certis casibus redimi et commutari potest non tamen per aliū quam per papā vel cum ipsius speciali mādato. h.d. vsque ad §. Secundo quesiuisti.

Ex multa tue sollicitudinis prouidentia: et infra. Ex consultatione quā ad inquisitionem tuā super negocio cruce signatorum olim edidimus: viā inuenisti ad alias questiones: et vtrum quod in ea dicitur ius constituat generale vt passim prelatis quibuslibet illos secundum formam expressam absoluere liceat qui eorum sunt iurisdictioni commissi sollicite requisisti. Ad hoc igitur respondemus quod in consultatione nostra ius editur: et licet ad quales ad quos tamen specialiter spectat eius executio nullatenus explicatur: illis aūt solummodo ius hoc exequendū incumbit qui super hoc mandatum receperint a se. aposto. speciale. Sic ergo illi est inquisitioni responsum: qua consequenter tua. f. requisiuit de quibus religiosis intelligendum esset: vtrū. s. ibi religiosi vocentur hi tantū qui religionis habitum susceperūt quorum plures idiote sunt et iuris ignari an epi: qui sicut dignitate precellunt sic et religione debēt aliis preminere nā ad neutros illius executio iuris spectat nisi per apostolicā sedē eis specialiter delegetur. ca. ix.

Habiles ad eundū sed inhabiles ad pugnandū si sunt strēnui consilio vel milites bellatores possunt secū ducere votū vltramarinum non redimunt. h.d. Ab. ¶ Secūdo quesiuisti vtrum quod dicitur si quis vouentiū est inutilis ad pugnandū quam suis sit habilis ad eūdū melius est vt redimat votum quam consumat expensas generaliter accipi debeat vt nobiles et magnates qui sunt consilio strennui et multos secū possunt trahere bellatores: an minores tantūmodo verbum hmōi cōprehēdat. Uerū si ad superiora oculū tue considerationis extendas: questionem istā inuenies in serie consultationis nostre solutā vbi dicitur quod debiles

et inopes magis in defectū terre sau cte ꝙ ad eius profectū accedūt:ꝛ in fra. Quāuis possit aliter responderi ꝙ non sunt inutiles ad pugnandū ꝗ et si p se pugnare non possunt matu ritate tñ consiliū adesse valēt pugnā tibus ꝛ p sone defectū per alios rele uare/ꝛ infra. ¶ Uxores possunt seq viros vltra mare si volunt sed nō te nentur nisi ꝛ ipse voluerint.h.d.Ab. ¶ Nō aūt superi⁹ ponit mulieres ꝗ remanere noluerit.ꝛc.de illis intelli gendū esse videt:ꝗ se ad peregrina tionis propositū nullius voti vincu lo astrinxerūt:ꝛ infra. ¶ Uiri sine cō sensu vxoꝝ emittere possunt votum vltramarinū.h.d.Abbas si. ¶ In tā ta quoqꝫ necessitate popli xpiani ne terre sancte impediatur subsidiū vi ri preter vxoꝝ assensum huius pere grinationis propositū vouere libe re valent:ꝛ quod vouerint libere ad implere:vt aūt consentiant sunt at tentius cōmonende. ¶ Clerici tanꝗ inhabiles ad pugnandū redimūt vo tum vltramarinum nisi in certis ca sib⁹.h.d.Abbas si. ¶ De clericis ve ro duximus respondendū ꝙ cū cle ricatus officiū eos reddat inhabiles ad pugnandū nisi vel consilio stren nui vel officio predicationis instru cti aut magnatū sint obsequio depu tati: aut vsqꝫ adeo diuites fuerint ꝛ potentes:vt in expēsis suis aliquos secū ducere valeant bellatores:ma gis ab eis expedit redemptionē acci pere ꝙ ad votū illos cogere prose quendū si necessitas exigit vel vtili tas persuadet. Hec aūt de vouētib⁹ dicimus non de his ꝗbus labor pe grinatiōis in pñia est iniūct⁹.ꝛc.

Qui vouit religionē ingredi si voto non completo fiat epi scopus renunciare debet et votū im plere sic communiter summatur.


ca.x. Per tuas nobis litteras intima sti te in garopolitanā ecclesia suscipiendi habitū regularē votum solenniter emisisse ꝛ postea ꝓmisisse in manib⁹ prelati eiusdē eccle te in fra duos menses postꝗ ab ap. se.re dijsses votum qd emiseras īpleturū Cumqꝫ termino ipso transacto nō curasses quod voueras adimplere: tandē existens voti transgressor vo catus fuisti ad regimen ecclesie ge bē.ꝛ infra. ¶ Nos igitur.t.di.consu limus vt si tuā sanare desideras con scientiā regimen resignes eccle me morate ac reddas altissimo vota tua Quod si capitulum gebē. ecclesie te postmodū canonice duxerit eligen dum electionē recipere poteris de te factam. Honorius.iij.haresbē. et bengag.prepositis.

Prelatus etiā professus pōt votum vltramarinū emittere et in suos vsus vigesimam prouen tuum ecclesie conuertere.

Postulastis a nobis an vobis ꝓ fessis ordinē regularē quorū alter cruce signatus est:ꝛ reliquus caractere crucis desiderat insigniri: liceat vigesimā prouentuū ecclesia rum vestrarū deputatā succursui ter re sancte deferre vobiscū:et infra. ca.xii. ¶ Discretioni.v.t.r.ꝙ si ecclesie ve stre p absentiā vestrā enormiter non ledantur:ꝛ vos vtiles fueritis terre sancte verbo pariter ꝛ exēplo quod conscientie vestre duximus relinquē dum:dimissis procuratoribus ido neis in ecclesijs vestris poteritis ꝛ te nemini votū peregrinationis imple re:ꝛ sic potest in vsus vestros transi re vicesima ecclesiarū vestrarum ter re sancte subsidio deputata.

¶ De statu monachoꝝ ꝛ canonicoꝝ regulariū. Alex.iij.archiepo neapo.

Diocesanus non debet mole stare monasteria:preterꝗ pro causa correctionis:nec eis oblata si bi vendicare.



Theodosius:ꝛ infra. ¶ Alicui monasterio nec tu nec pñbyteri tui preter diligentiā disci pline aliquid molestie inferatis. ¶ Aut si ꝗd illic pro diuersoꝝ deuotione accesse rit vobis vendicare estimetis. ¶ Cū monachis ibi seruientibus debeat ꝓ ficere quicꝗd a fidelib⁹ taliter offer ri contingit. ¶ Ex concilio laterañ. cap.i.

Monachi nō debent poni sin-guli per parrochias hoc pri-mo. Si pro monachatu aliquid dek receptus a sacris ordinibus phibek et recipiens ab officio suspenditur hoc scdo. Monachus habēs peculiū sine licētia abbatis ab altaris cōio-ne remouek: et sic decedens sepultu-ra et fratrū cōmunione priuatur hoc tertio. Si pecunia cōfertur p habē-do aliquod officium in monasterio dans et recipiēs deponunk: hoc quar to. In prioratibus conuentualibus p electionē instituti nō sunt remouē di sine cā rationabili: et de causa ra-tionabili tria ponit exempla. h. d. cō prehendendo substantiam.

ca. ii. Monachi non precio recipiātur in monasterio nec peculiū per mittātur habere nec singuli p villas et oppida p quascūq; parrochiales ponātur ecclesias sed in maiori con uentu: aut cū aliqbus fratribus ma-neant nec soli inter seculares homi-nes spiritualiū hostiū conflictū ex-pectent salomone dicente. Ue soli: qz cum ceciderit non est q sublevet eū. ¶ Si quis aūt exactus pro sua redē ptione aliquis dederit ad sacros or dines non ascendat. Is vero qui eū recipit officiū suspensione mulctek. ¶ Qui peculium habuerit nisi ab ab bate fuerit ei pro iniūcta administra tione permissum: a communione re-moueatur altaris: et qui in extremis cum peculio inuentus fuerit et digne nō penituerit nec oblatio pro eo fiat nec inter fratres accipiat sepulturā q etiam de uniuersis religiosis pre cipimus obseruari. Abbas autē qui ista diligenter nō cauerit: officiū sui iacturam se nouerit incursurum. ¶ Prioratus quoq; seu obedientie precij donatione nulli tradātur alio quin dantes et accipientes a ministe-rio fiant ecclesiastico alieni. ¶ Prio res aūt cū in ecclesijs conuentuali-bus per electionē capitulorum suoꝝ canonice fuerint instituti nisi p ma-nifesta et rationabili causa non mutē tur vt videlicet si fuerint dilapida-tores: si incontinenter vixerint aut tale aliquid egerint pro quo amouē di merito videantur: aut si etiam p necessitate maioris officiū de consi-lio fratrum fuerint transferendi.

¶ Alexan. iij. abbatibus et conuenti-bus cisterciēn. ordinis.

ca. iij. Monet cistercienses vt seruēt regulam secundum primeuā institutionem. h. d. primo. Et domus religiosa aggregata cisterciensib⁹ eorum mores seruare tenentur. hoc dicit secundo.

Recolentes qualiter hec sancta plantatio: et infra. ¶ Dolētes dicimus q; et si non ab omnibus neq; in omnibus a plerisq; tamen et i plu ribus ab illa sancta institutione di-citur declinatū intantū vt aliqui ex vobis patrie institutionis obliti cō tra ordinis vestri regulam villas ec-clesias et altaria possident fidelita-tes et dominia benigne suscipiunt: iusticiarias et tributarias tenēt: et in fra. ¶ Ideoq; precibus et monitis ex hortamur: quatenus dom⁹ ille que a prīa sui origine in ipso ordine sūt fundate constitutis terminis sint cō tente: et infra. Si eñ relictis origi-nalibus ordinis institutis ad cōmu nia volueritis alioꝝ monasterioꝝ iura diuertere oportebit vos cōmu ni iure censeri quia dignum est vt q similem cum alijs vitam suscipiūt: similem sentiant in legibus discipli nam. Ceterū domus ille que de alijs institutionibus ad vestrū ordinē se transtulerint: vestris omnino se sa-tagant vsibus conformare et relictis possessionibus vel etiam cōmutatis quas institutio vestra nō recipit: sic se in omnibus religioni vestre coa-ptent vt quemadmodum gaudent se in societatē ordinis et habitus idēti tatem assumptas sic etiā in pauper-tate secularium rerum se letentur ve-stris institutionibus conformatas.

¶ Clemēs. iij.

Regularis canonicus qui nō resignauit proprium in mor-te non debet in cymiterio sepeliri: et si de facto sepultus fuit inde debet exhumari si sine scandalo fieri pōt.

ca.iiij Super quodā canonico regu=
lari q̄ in articulo mortꝫ agēs
licēta priore suo cōmonitus ꝓpriū
qđ contra regulā latenter habuerat
noluit resignare: ꝛ sic vīē clausit ex=
tremū: ꝛ fuit inter alios fratres tra=
ditus sepulture: ꝛ infra. ¶ Inquisi.
t.t. ꝛ ñ. q̄ ille canonic⁹: nō tātū fuit
christiana sepultura p̄uādus verū=
etiam si sine maximo scādalo potuit
fieri de ipā proijci dignus est ecclia
¶ Hoc antē cū forte cōtigerit in si=
milib⁹ est agendū. Inno. iij. Uple=
bano sancti ganuij.

Canonicus regularis pōt pre
fici eccle parrochiali etiā se=
cularis: sed debꝫ habere sociū secum
sui ordinis si cōmode fieri potest.

ca.v. Quod dei timorē pre oculis ha
beas ex fructib⁹ tuis colligit
euidenter: cū opera que facis testi=
monium perhibeāt veritati. ¶ Sane
quōdam desiderās ad frugē melio=
ris vite transire officium plebani re
signans corā fratribus sancti victo
ris bonoñ. promissionē de tua puer
sione fecisti ne professionē solēnem
emittēs neq₃ habitū religiōis assu=
mens sed parrochiani plebis eiusdē
attendētes te laudabiliter prefuisse
a florētino epō impetrauerūt vt mi=
nistrares ibidē: hoc etiā. P. p̄sbyter
cardinalis tūc apo. se. le. ꝓponitur
ānuisse quod iam dicti parrochiani
a nobis ratū haberi suppliciter po=
stularūt presertim cū de licētia prio
ris sācti victoris nosearis hacten⁹
id fecisse. ¶ Licet autem in laterañ.
concī. de monachis caueatur ne sin=
guli per villas ꝛ oppida per quascū
q₃ parrochiales ponant ecclias ꝛc.
quia tamē istud de canonicis regu=
laribus specialiter nō cauetur: quia
et si a sanctorū mōachorū cōsortio
nō putētur seiūcti regule tamen in=
teruiuūt laxiori ꝛ per āliquos cano
nes etiam monachi possunt ad eccle
siarū parrochialiū regimē presby=
teros ordinari ex quo debent predi
cationis officiū (quod priuilegiatū
est) exercere: sic annuēdū duxim⁹ po
stulatis vt exercens plebani officiū
si cōmode fieri poterit vnū canonicū
regularē tecū habeas ad cautelam:
cui⁹ in his que dei sunt ꝛ regularis
obseruantie tam cōsortio q̄ solatio
perfruaris. Idem abbati ꝛ conuen=
tui sublateñ.

Primo tractat de vestib⁹ mo=
nachorū. Secūdo de abdica=
tione proprietatis. Tertio de silētio
Quarto de cibis. Quīto de officijs
in genere et in specie.

Um ad monasteriū sublateñ: ꝛ ca.vi.
īfra. Firmiter inhibuimus ne
quis de cetero mōachorū lineis ca=
misijs vteretur: ꝛ infra. ¶ Prohibe=
mus quoq₃ districte in virtute obe=
dientie sub obtestatione diuini iudi
cij: ne q̄s monachorū ꝓpriū aliquo
modo possideat sed si q̄s aliq̄d ha=
beat proprij: totū incontinenti resi=
gnet. Si vero post hoc proprietatē
aliquā fuerit deprehēsus habere: re
gulari moni. pre. de monasterio ex=
pellatur: nec recipiat vlteri⁹ nisi pe=
niteat scđm monasticā disciplinam.
Qđ si proprietas apud quēq̄ inuēta
fuerit in morte ipsa cū eo in signum
perditionis extra mōasteriū in ster=
quilinio subterretur scđꝫ qđ beatus
grego. narrat in dialogo se fecisse.
Uñ si quicq̄ alicui fuerit specialiter
destinatū: nō p̄sumat illud accipere
sed abbati vel priori: vel cellerario
assignetur. ¶ In oratorio vero refe
ctorio ꝛ dormitorio continuū semꝑ
silentiū obseruetur. In claustro q̄ꝫ
certis horis ꝛ locis scđm antiquam
cōsuetudinē mōasterij laudabiliter
obseruatā. ¶ In refectorio vo nul=
lus oīno carne vescatur. Nec in qui=
busdā solennitatib⁹ (sicut aliquādo
fieri cōsueuit) cōuētus exeat cū ab=
bate paucis ibi relictis: vt extra re=
fectoriū edāt carnes: cū illis dieb⁹
precipue regularis disciplina sit stu
diosius obseruāda. Sꝫ nec extra re
fectorium: nisi in infirmitorio esum
carnium credāt sibi licere. Quāq̄ ex
indulgētia possit abbas interdū ali
quis fratrū nūc hos nūc illos (put
necessitas postulauerit) aduocare:
ipsosq₃ secū in camera sua melius ꝛ

plenius exhibere. Porro debiles et infirmi qui minutione indigent: vel aliqua medicina non seorsum in cameris sed omnes in infirmitorio quae necessaria fuerint sibi tam in carnibus quam in aliis recipiant competenter. Quod si quis eorum debilis fuerit aut etiam delicatus: ut non possit communibus cibis esse contentus: sic ei provideatur sine scandalo aliorum ut si abbas vel prior voluerit in refectorio misericordiam facere specialem: cibum aliquem competentem non ante illum: sed ante se faciat apportari de quo ipse illi faciat pietatem pro sustentatione nature. ¶ Tales autem ad agenda officia monasterii deputentur: qui fideles fuerint et discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuo possidenda tamquam in suam sibi vita locetur: sed cum oportuerit amoveri sine contradictione qualibet revocetur. ¶ Prior autem pre ceteris post abbatem potens sit in opere et sermone: ut exemplo vite verboque doctrine fratres suos et instruere possit a bono et a malo etiam revocare zelum religionis habens secundum conscientiam ut delinquentes corripiat et castiget: obedientes foveat et confortet. ¶ Abbas vero (cui omnes in omnibus reverenter obediant) quanto frequentius poterit si cum fratribus in conventu: vigilem curam et diligentem sollicitudinem gerens de omnibus ut de officio sibi commisso dignam deo possit reddere rationem. Quod si prevaricator ordinis fuerit aut contemptor seu negligens aut remissus: pro certo se noverit non solum ab officio deponendum sed et alio modo secundum regulam castigandum cum offensa non solum propria verum etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec estimet abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis sicut et custodia castitatis a deo est annexa regule monachali: ut contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere. ¶ Idem in concilio generali.

Primo statuit de conciliis regularium provincialibus celebrandis singulis triennijs. Secundo moderat numerum evectionum et personarum venientium. Tertio disponit de instructoribus presidentibus capitulo. Quarto de tempore quo duret capitulum: et quid ibi fiet. Quinto quod observetur quod ibi fiet. Sexto de capitulo sequenti. Septimo de communi vita. Octavo de visitatoribus eligendis et ipsorum officio. Nono extendit ad canonicos regulares. Decimo providet super discordiis visitatorum. Undecimo hortatur diocesanos ad monasteriorum reformationem. Duodecimo precipit contervos et similes compesci ab offensis monasteriorum. Et hec divisio sufficit pro summario.

In singulis regnis sive provinciis fiat de triennio in triennium (salvo iure diocesanorum pontificum) commune capitulum abbatum atque priorum abbates proprios non habentium: qui non consueverunt tale capitulum celebrare: ad quod universi conveniant prepeditione canonica non habentes apud unum de monasterijs ad hoc aptum. ¶ Hoc adhibito moderamine ut nullus eorum plus quam sex evectiones et octo personas adducat. ca.vii

¶ Advocent autem in huiusmodi novitatis primordijs duos cister. ordi. vicinos abbates ad prestandum sibi consilium et auxilium opportunum: cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine pleniis informati: qui absque contradictione duos sibi de ipsis associent quos viderint expedire: ac ipsi quattuor presint capitulo universo: ita quod ex hoc nullus eorum sibi auctoritatem prelationis assumat: unde cum expedierit provida possit deliberatione mutari. ¶ Huiusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue iuxta morem cister. ordi. celebretur: in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis et observantia regulari. ¶ Et quod statutum fuerit illis quattuor approbantibus inviolabiliter observetur: omni excusatione et contradictione et appellatione remotis. ¶ Proviso nihilominus ubi sequenti termino debeat capitulo celebrari. ¶ Et qui convenerit vitam ducant communem et faciant proportionabiliter simul omnes communes expensas ita quod si non omnes poterunt in eisdem: saltem

plures simul in diuersis domibus cō morentur. ¶ Ordinētur etiam in eodē capitulo religiose ac circunspecte persone que singulas abbatias eiusdē regni seu puincie nō solū monachoꝝ sed etiā monialiū secūdū formā sibi prefixā vice nostra studeāt visitare: corrigentes: et reformātes que correctionis ⁊ reformationis officio viderint indigere: ita ꝙ si rectorē loci cognouerint ab administratiōe penit⁹ amouendū: denunciēt ep̄o pprio vt illū amouere curet. Qđ si nō fecerit visitatores hoc referāt ad apo. se. examē. ¶ Hoc ipm regulares canonicos scōm ordinē suū volum⁹ et precipim⁹ obseruare. ¶ Si vero i hac nouitate q̄cq̄ difficultatis emerserit: qđ per p̄dictas psonas neq̄at expediri ad apo. se. iudiciū absq; scādalo referat irrefragabiliter obseruatis q̄ cōcordi fuerit deliberatiōe puisa. ¶ Porro diocesani ep̄i monasteria sibi subiecta ita studeant reformare vt cum ad ea p̄dicti visitatores accesserint plus i illis inueniāt qđ cōmēdatione q̄ qđ correctione sit dignū: attētissime p̄cauētes ne p eos dicta monasteria indebitis onerib⁹ aggrauētur: qr sic volum⁹ supioꝝ iura obseruari vt inferioꝝ nolim⁹ iniurias sustinere. ¶ Ad hoc districte p̄cipim⁹ tā diocesanis ep̄is q̄ psonis q̄ preerūt capitulis celebrādis vt per cē. ec. appellatiōe remota cōpescant ad uocatos patronos vice dños: rectores: et cōsules/ magnates ⁊ milites seu quoslibz alios: ne monasteria p̄sumāt offendere in personis aut rebus et si forsitā offēderit: eos ad satisfactionē cōpellere nō omittāt: vt liberi⁹ et q̄eti⁹ deo valeāt famulari.

Hono. iij. abbatibus et monachis in lombardia et marchia teruisiana constitutis.

Primo tractat de correctiōe monachoꝝ scōo de correctiōe abbatū. tertio visitatoꝝ quarto de secularib⁹ i monasterijs bn̄ficiatis quinto cōstitutionē extendit ad moniales: hoc sufficiat pro summario.

Ad q̄ p religiōis honestate: et infra. ¶ porro cū visitatores scōm statutū generalis cōcilij ordinati a gn̄ali abbatū caplo pcesserit ad visitatiōis officiū exequēdū: de statu monasterioꝝ ⁊ obseruātijs regularib⁹ diligēter inq̄rāt: ⁊ tā i spiritualib⁹ q̄ i tpalib⁹ corrigāt et reformēt q̄ viderit corrigēda: ita tñ ꝙ monachos delīquētes p abbatē loci corrigi faciāt: ei sq; iiūgi penitētiā salutarē iuxta bti b̄ndicti regulā et apostolica istituta: nō scōm normā praue ꝯsnetudinis q̄ quasi p lege in q̄busdā ecclesijs toleuit Ipi etiā visitatores mōachos quos ꝯtumaces iuenerit ⁊ rebelles iuxta modū culpe vice nr̄a regulari cēsura pcellāt absq; psonarū delectu: nō pcēdo rebellib⁹ ob suā ptinaciā vel potētiā amicoꝝ q̄n ouē morbidā ejiciant ab ouili ne isiciat oues sanas. ¶ Si vo abbates i corrigēdis iuxta visitatorū mandatum et regularia instituta seipsis seu monachis inuēti fuerint negligētes pclamētur ⁊ corripiant et ita puniant publice i capitulo generali ꝙ pena ipoꝝ sit alijs i exēplū Quod si abbas nō exēpt⁹ fuerit a visitationib⁹ nimis negligēs et remissus inuētus. id loci diocesano denūcient sine mora ⁊ p illū de ei fidelis et prouidus coadiutor vsq; ad capitulū generale. Si aūt dilapidator inuētus fuerit vel alias merito amouēdus: per diocesanū postq̄ hoc sibi a visitatorib⁹ denūciatū fuerit amoueat absq; iudicioꝝ strepitu a regimine abbatie: ac monasterio puideat: iterim administrator idone⁹ q̄ tēporaliū curā gerat: donec ipsi monasterio fuerit de abbate prouisum. Quod si forsan episcop⁹ hoc adimplere noluerit vel neglexerit visitatores vel presidētes capitulo gn̄ali defectū ep̄i apo. se. nō differāt intimare. Hec eadē circa exēptos abbates fieri precipim⁹ per visitatores: vel presidētes capitulo gn̄ali. de positione ipoꝝ sedi apo. reseruata: ita vt abbate qui amouēdus videbitur interim per visitatores vel in capi- c.vij

tulo presidētes ab administratione suspēso: administrator idone⁹ monasterio deputet. Illorū aūt excess⁹ et alia q̄ visa fuerint litimāda capitulo p̄sidētes nobis denūciēt p fideles nūcios et prudētes q̄b⁹ de cōi ptributione abbatū iuxta cuiuslibet facultatē sufficiēter ministrent expēse. Sequētes aūt visitatores peragrant priorū visitatorꝫ vestigia diligēter: et eorū negligētias et excess⁹ referāt sequēti capitulo gnāli: vt iuxta culpā publice debitā penā portēt. Idē etiā de abbatib⁹ presidentib⁹ gnāli capitulo p̄cipim⁹ obseruari. ¶ Precipimus quoqꝫ vt in nullo monasterio ad p̄bēdas recipiāt de cetero abbates et monachi clericos seculares nec hi q̄ iam recepti sunt locū vl' vocē in capitulo/dormitorio/vel refectorio seu claustro sibi vēdicare ptēdāt seu mōachoꝝ cetib⁹ iportune se p̄sumāt miscere: sꝫ bn̄ficijs sibi pcessis cōtēti puersent honeste opoztuna obseq̄a i monasterijs fideliter ipēdētes: nichilqꝫ vltra i spūalib⁹ aut tpalibus exigāt in ipsis monasterijs vel vsurpēt. Si q̄ vero taliū a visitatorib⁹ inuēti fuerit criminosi: p dio. in nō exēptis: et per visitatores vel presidētes gnāli capitulo i exēptis bn̄ficijs priuemur eisdē. ¶ Hec autē oia etiā in monasterijs que nō habēt abbates pprios: sed priores: necnō in monasterijs monialiū quo ad articulos abbatissis et monialibus congruētes p̄cipim⁹ obseruat. ¶ De religiosis domib⁹ vt epo iit subiecte.

Grego. victo. archiepō neapolita.

Si dubitatur in cuius dioceśi sit basilica cōsecrāda: ille eps̄ cōsecrabit qui prius in illo loco episcopalia exercebat.

capi. i Nunc autem ad basilicā que dedicāda est debet disquiri cuius ciuitatis episcop⁹ anteq̄ fundaretur baptizauerit incolas: et ad cuius consignationem sub annua deuotione concurrerint. ¶ Non enim terminis hec aut locis conuenit diffiniri: sed ille ad consecrationem vocetur: cui per hunc modum quem scripsimus constat debere permitti.

Idem agapito abbati.

Nichil iuris deperit episcopo in cuius dioceśi sita est ecclesia quā papa vnit ecclesie alteri⁹ diocē. et est casus quotidianus.

Quia monasteriū quod in fundo martiano situ est: hostilitate faciente dicitur desolatum: illud tuo monasterio cū oībus reb⁹ suis vel que ei competūt actionibus perspeximus vniendū et infra. ¶ Ipm autem monasterium sic tue nos ordinationi cōmisisse cognoscas: vt tamen iurisditionem illic nō episcopus surrētinus in cui⁹ ciuitate monasterium tuū est situ: sed nucerin⁹ cuius est diocesis habeat. ¶ Nam sic huius loci ordinationem disponimus: vt tamen iura sua singulis episcopis inuiolata seruemus. Ex decretis eugenij pape. ca. ij.

Episcopo subsunt omnia loca pia et ad eius sollicitudinem debent ordinari ad vsum destinatū. ca. iij.

Xenodochijs et alijs similibus locis per sollicitudinem episcoporum in quorum dioceśi existunt ad easdem vtilitates quib⁹ cōstituta sunt ordinentur.

Urbanus tertius ariminensi episcopo.

Loc⁹ auctoritate episcopi ad vsum hospitalitatis deputatus est religiosus: et ad mundanos vsus redire non debet.

Ad hec: et infra. ¶ Inquit. t. f. r. q̄ si locus ad hospitalitatis vsum et pauperum prouisionem fuerit (sicut moris est) aucto.. pontificis destinatus cum sit religiosus non debet mundanis vsibus deputari sicut de vestibus et ligneis vasis et alijs vtensilibus ad cultum religionis per pontificem deputatis/ antiqua consuetudo indubitanter obseruat: et venerabilium patrum edocent sanctiones. ca. iiij

Innocentius tertius constantinopolita. patriarche.

Locus religiosus debet refor mari de religiosis dumtaxat non secularibus nisi in defectum re ligiosorum.

ca.v. Iter quattuor: et infra. Quan diu monasteria p regulares re manere potuerint ordinata nō sunt ad seculares clericos transferenda. Sed si regulares defuerint ppter eo defectū in eis seculares clerici poterunt ordinari.

Idē abbati et fratrib9 scripte ferrate

Ecclesia sita in diocesi epī te netur sibi in epālibus respon dere: nisi appareat remissa legitime et potest episcopus remittendo epi scopalia censum sibi retinere.

ca.vi. Onstitut9 in pñtia nr̄a eps al bañ. in ecclesia castri qd pau li dicit: in qua iuspatronatus mona sterio vr̄o recognoscebat, a vobis ius epale petebat: qm̄ sita erat i dio cesi albañ. et ideo de iure cōi ei tene batur in epālibus rñdere: et infra. Uerū economus vr̄. pposuit ex ad uerso q et si eccl'ia sita esset in dioce si alba. et tñ non tenebat in aliquo re spondere. cu m dñicus lauitan9 eps qui fuerat eps albañ. vniuersas ec clesias ad vestrū monasteriū ptinen tes in diocesi eius sitas et qcquid iu ris tā in monasterio vestro q̄ in eis habebat: in emphitheosim sub ānua octo denar. psualiū pensione mona sterio vestro concessit p cz vt liceret abbati: et fratribus a quocūqz vellēt epo tā ordinationē clericoz q̄ cōse crationē altariū in monasterio ipso et predictis ecclesijs obtinere: i qui bus etiā vobis tertiā partē mortua riorū indulsit. et Cele. pap. pre.n. qd ab eo factū fuerat confirmauit verū et si ecclesia ipsa fuisset aliqñ eccl'e albañ. subiecta monasteriū vestrum nichilominus legitima se poterat re scriptione tueri: cū p. xl. an. ipsaz pa cifice possedisset Ceterū econom9 epī concessionē epi lauitani non te nere dicebat: vtpote continentē sy moniacā prauitatē cū enim tertiam mortuarioz monasterio cōcessisset: et tā in ordinationibus clericorū q̄ altarium cōsecrationibus idulsisset ei plenariā libertatē: nō est dubium quin cū spūalia hec existant eoipso q super his recōpēsationē certe pē sionis accepit cōmiserit viciū symo nie. vñ cōtractu 9 hmōi nullam obti net firmitatē. cōfirmatio aūt apo. se. fuerat per surreptionē obtēta: cū in eadē pensione nulla mētio habeatur et infra. Cū aūt nec isolitū sit nec nouū: vt cū epi eccl'ias concesserint pijs locis aliquid sibi reseruent i eis nole pēsionis: nos quoqz cū liberta tis, priuilegiū vel protectionis presi diū aliquibus ecclesijs indulgemus gratis accipiam9 cēsum gratis obla tum: et in litteris nr̄is ad successoz nostroz memoriā cēsus exprimam9 etiā quātitatē auditis ppositis eco nomū monasterij vr̄i economo eius dē epi eccl'ie nole in solutionē pēsio nis predicte iuxta ratā que cōtingit ecclesiā predictā et restitutionē sub tracte a. xl. an. scōm ratā eandē p dif finitiuā snīam cōdēnamus. et eūdem economū vr̄m ab ipetitione econo mi eiusdē epi sup alijs reddidim9 ab solutū: ppetuū illi silentiū iponētes

Idē abbati et puētui farbeñ.

Eps petens eccl'iam quo ad tē poralia et spūalia: obtinet i spi ritualib9 eoipso q probat esse i sua dioce. si nō appareat exēpta. sed i tē poralibus succūbit nisi aliter doce at de iure suo et in hoc vltimo est ca sus notabilis.

ca.vij. Um venerabilis. f. n. J. sabiñ. eps ecclesiā scti āgeli de cruce la cum suis ptinētijs et possessionib9 petijsset asserens eā ad se tā in spūa libus q̄ i tēporalibus ptinere allega uit ante oia ius cōmune: qz cū cōsti tuta sit in dioc. sabineñ. sub ipsi9 de bebat cōsistere potestate. Jn tēpora libus quoqz ad se dictā eccl'iam pti nere nitebatur ostēdere per publicū instrumētū: in quo cōtinebat expres se. J. sabiñ. epm. H. farben. abbati et duabus personis post ipsū dictā ec clesiā cū suis ptinētijs locauisse pro annua quattuor solidorū papiē. pen sione. Sed pars vr̄a pposuit istru

mento predicto nullā fidē penit⁹ ad
hibendā ppter superlinearē scriptu
ram ꝛ rasuram loco suspecto factam
vbi vcꝫ annotatio tēporis recenset:
et infra. ¶ Quia igit nobis constitit
ecclesiā supradictā cōstitutā i dioc.
sabin. episcopale ius in omnib⁹ spi
ritualib⁹ eidē epo adiudicauimus in
eadē illis tm̄ exceptis q̄ p autentica
scripta ei dinoscūtur esse subtracta
et infra. Qz vero instrumētū pdictū
per qd̄ eps ecclesiā itēdebat quo ad
tēporalia vendicare: ad faciēdā sup
hoc fidē inualidū esse cognouimus
vtpote pꝑ pdicta de iure suspectū
vos ab impetitione ipsi⁹ quo ad tem
poralia eiusdem ecclesie duxim⁹ ab
soluendos. Idem.

Monasteriū subiectū est epi
scopo in cuius dioces situ est
nisi pbet exēptū. h. d. quo ad titulū.

c.viij Cum dilect⁹ fili⁹: et infra. Quia
causa nō poterat in nr̄a p̄sen
tia terminari cum nūcius mōasterij
super pcuratione: vel ratihabitione
litteras non haberet: eā vr̄o duxim⁹
examini cōmittēdā mādates quate
nus si cōstiterit abbatē ad se. ap. an
teq̄ eps in eū suspēsionis vel excōi
cationis et in monasteriū interdicti
sententias tulerit legitie appellasse
vel mōasteriū a iurisditiōe epi eius
dem exēptū: eo nō obstāte ꝙ abbas
ab eo circūuent⁹ preter fratrū suo᷑
assensuꝫ ei obediētiā repromisit (cū
fraus ꝛ dolus ei patrocinari nō de
beant) iudicetis illas sentētias non
tenere. ¶ Q; si abbas in exēptionis
pbatione defecerit: nec legitima se
poterit p̄scriptione tueri: licet pbet
se ante predictas sentētias appellas
se: nihilomin⁹ tamē monasteriū iudi
cetis aurien. ecclie subiacere in cui⁹
est dioces fundatū. ¶ Similiter eo
in pbatione appellatiōis deficiēte:
si vobis constiterit de exēptione vel
legitima prescriptiōe tam abbatē q̄
monasteriū ab impetitiōe epi absol
uatis. Idem in cōci. generali.

Nouā religionē nō licet cōsti
tuere sine auctoritate romani
pōtificis. Nec i. diuersis mōasterijs
potest qs esse abbas vel monachus:
sic principaliter summatur: lꝫ plura
dicta habeat.

Ne nimia religionis diuersitas ca. lx.
grauē in ecclesiā dei ꝯfusionē
inducat: firmiter phibem⁹ ne qs de
cetero nouā religionē inueniat sed
quicūqꝫ ad religionē ꝯuerti volue
rit vnā de approbatis assumat. Si
militer q̄ voluerit religiosam domū
de nouo fundare regulā ꝛ institutio
nē accipiat de approbatis. ¶ Illud
etiā phibem⁹ ne quis in diuersis mo
nasterijs locū monachi habere p̄su
mat: nec vnus abbas pluribus mo
nasterijs presidere.

¶ De capellis monachorū ꝛ alioꝝ
religiosorum. Urbanus tertius.

Ad curam mōasterio subiectā
nō monachi sed seculares cle
rici preficiuntur ꝛ epis subsunt.


n ecclesijs vbi mona
chi habitant: pp̄ls per cap. i.
monachū nō regat: sꝫ
capellanus q̄ pp̄lm re
gat ab epo per cōsiliū
monachorū instituat.
¶ Ita vt ex solius epi arbitrio tam
ordinatio eius q̄ depositio ꝛ totius
vite pēdeat cōuersatio. Innocēti⁹
iij. archipresbyter et clericis sancte
cecilie.

Si ecclesia nō cathedralis vē
dicat sibi i⁹ i alia eccl'ia/obti
nebit solū quo ad ea q̄ pbabit sibi de
beri prescriptiōe vel alio legitimo
mō. h. d. scdꝫ cōmunē ꝛ verū itellectū

Dilect⁹ fili⁹. M. sindicus ecclie
vestre ab economo sancti lau
rentij de piscinula in scrutinijs ba ca. ij.
tismate ꝛ capitulis ꝛ similibus subie
ctionē postulās possessorijs ꝛ petito
rijs intētabat. Cum enī ecclia sancti
laurentij sit in parrochia vestra sita
debet de iure cōi ecclie vestre in pdi
ctis omnib⁹ subiacere: qz nec puile
giū exēptiōis hꝫ: nec prescriptionē
pro se poterat allegare cū illa eccle
sia sācte cecilie p̄scripsisset sicut per
testes dicebat legitime cōprobatū:
preterea cū corā. C. pa. p̄. no. sup p̄
dictis inter vestrā ꝛ pdicta ecclesiā

questio verteretur. M. pbr eiusdē ecclesie fuit spōte cōfessus q ecclesie sancte cecilie scrutiniū et baptisma debebat. Cūqʒ pars vr̄a testes q̄ se illū diuersis tpib⁹ ad capitulū vocasse ipsūqʒ venisse asserebant i mediuʒ pduxisset eis iurare paratis pdict⁹ pbr se vocatū iuisse ad capitulū est confessus: vn̄ pdict⁹ pre .n. ecclīam vestrā capitulo quo se cōquesta fuerat spoliatā salua iure proprietatis ecclesie scti laurētij reuestire curauit sicut in ei⁹ lr̄is cōtinet. p hoc ergo proprietatē quo ad scrutiniū z baptisma z possessionē quo ad capitulū: vr̄. voluit sindicus cōprobare. ¶ Ad hec sancti laurētij economus ex aduerso respondit q ecclīa illa nullo medio ad romanā ecclīam ptinebat. Cū ei monasteriū monialiū fuerit et generaliter seruet in vrbe vt nullū monasteriū titulo sit subiectū: icōgruū videbat: vt regulares secularibus supponant preterea vsqʒ hodie nos i ea institutionē z destitutionē liberā exercem⁹: z infra. ¶ Nos igit auditis ppositis economū sancti laurētij sindico vr̄o i baptismo z scrutinio con cōdēnamus. ita vt p hoc ecclīe romane nullū pīudiciū generet si qñ forte ius suū duxerit psequēdū. In institutiōe aūt z destitutiōe z capitulo economū ipsū ab ipetitiōe sindici vr̄i prorsus absoluim⁹: sindico vr̄o sup hoc ppetuū silentiū iponentes.

Honorius tercius epo venet.

In prioratib⁹ monachoꝝ non pt̄ singuli monachi pmorari etiā si sup hoc habeāt rescriptū aplī cū nisi i illo fiat mētio de late. cōci.

capi. i. Multa sūt negocia secularia de quibus pauca ꝑ stringamus ad que pertinet oīs carnalis cōcupiscētia. Quicquid plus iusto appetit hō turpe lucrum est. Munera iniusta accipere vel etiā dare pro aliquo seculari questu: precio aliquē conducere. Contentiones vel lites vel rixas amare. In placitis secularibꝰ disputare excepta defensione orphanorum aut viduarum. Cōductores secularium rerum aut ꝓcuratores esse. Turpis verbi vel facti esse ioculatorē vel iocū secularem diligere. Aleas amare. Ornamentū incōueniens ꝓposito suo querere. In delicijs viuere velle. Gulā ꝛ ebrietatē sequi. Pondera iniusta vel mensuras habere. Negociū iniustū exercere. nec tamen iustū negocium est contradicendū propter necessitates diuersas: qꝛ legimus sāctos apostolos negociatos fuisse et in regula beati benedicti precipitur prouideri ꝑ quorum manus negocia monasterij procurentur. Canes et aues sequi ad venandum: et omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia et his similia ministris altaris domini: necnon et monachis omnino contradicimus de quibus ait apostolus. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibꝰ. Eugē. papa. luce. epi.

Clerici nō debēt esse ministri vel procuratores laicoꝝ. q̄ si contrafecerint et deprehendantur in fraude: non subuenitur eis ab ecclesia.

ca. ij. Sacerdotibus et clericis tuis denūcies publice ne ministri laicoꝝ fiant: nec in rebus eorū procuratores existant. Quod si postmodum facere presumpserint: ꝛ occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude: indignum est eis ab ecclesia subueniri: per quos constat in ecclesia scandalum generari. Turo. Alexander tertius in concilio

Religiosi professi exeūtes ad audiendas leges vel phisicam (nisi infra duos menses ad claustrū redeant) excōicati sunt ꝛ in nulla causa patrocinari p̄nt: et in choro/et capitulo in ceteris erunt vltimi ꝛ sine dispēsatione pape nō ꝓmouentur.

ca. iij. Non magnopere antiq̄ hostis inuidia. ꝛ infra. Inde nimirū est q̄ in angelū lucis se morte solito trāsfigurās sub obtētu lāguētiū fratrū cōsulēdi corporibus ꝛ ecclesiastica negocia fideliꝰ ꝑtractādi: religiosos quosdā ad legēdas leges ꝛ cōfectiones phisicales pōderandas de claustris suis educit. Unde ne occasiōe sciē spirituales viri mūdanis rursꝰ actionibus inuoluantur: statuimus vt nulli olino post votū religionis: et post factā in aliquo loco religioso professionē ad phisicā leges siue mūdanas legēdas ꝑmittātur exire. Si vero exierit ꝛ ad claustrū suum infra duorum mensium spacium nō redierint sicut excōicati ab omnibus euitent et in nulla cā si patrocinium prestare voluerint audiantur. reuersi aūt in choro / capitulo / mensa ꝛ ceteris vltimi fratrum existant et nisi forte ex misericordia se ap. totius spem ꝑmotiōis amittant. Idē in cōci. latē.

Clericus generalis procurator vel iusticiarius principis secularis deponendus est: ꝛ si relig

giosus est grauius puniatur.

ca.v. Sed nec pcurationes seculares sub aliqbus pricipibus et vil-larum aut iuri sditiões etiã secularib⁹ viris vt iusticia eo⁊ fiat clerico⁊ qs ꝙ̃ exercere psumat. Si quis autẽ aduers⁹ hec venire tẽtauerit (qr con tra doctrinã apl'i dicẽtis. Nemo mi litans deo iplicet se secularib⁹ nego cijs: secularit̃er agit ab ecclesiastico ſi ac ministerio alienus: pro eo ꝙ (offõ clericali neglecto) fluctibus seculi vt potestatib⁹ placeat se imergi. Districti⁹ autẽ decernim⁹ puniẽdũ ſi religioso⁊ quisꝙ̃ aliud pdicto⁊ ausus fuerit attentare. I. dem cantuarieñ. archiepiscopo.

Clericus iudicium sanguinis exercẽs ab officio ⁊ beneficio deponitur. Et excõicat⁹ est habẽs officium ꝑpositi secularis ſi monitus non desistat.

ca.v. Clericis i sacris ordinib⁹ cõsti tutis ex pcilio toletão iudiciũ sãguis agitare nõ licet. Vñ phibe- m⁹ ne aut per se trũcatiões mẽbro⁊ faciãt: aut iudicẽt inferendas. Qd ſi qs tale q̃d fecerit honore priuet et loco. Iubem⁹ etiã sub intermina- tiõe anathematis: ne qs sacerdos officiũ habeat vicecomitis aut ꝑposi- ti secularis. Si qs aũt cõtra hoc ve nire ꝑsũpserit: excõicationi cõmoni tus emendare noluerit: excõicatio- ni subiaceat. I. dem londoñ. epo.

Non licet clericis vel mona- chis lucri causa negociari. h. primo. Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones ha bere. h. secundo. Laicis nõ dz eccle- siatitulo conductionis concedi. hoc tertio.

ca.vi. Ecũdũ istituta ꝑdecessorũ no stro⁊ sub interminatione ana thematis prohibemus ne monachi vl' clerici cã lucri negocient. Et ne mõachi a clericis vl' laicis suo nõie fir mas habeant. Neq₃ laici ecclesias ad firmam teneant. I. dem eidem.

Monachi icorrigibiles de mo nasterio expellantur. et refor- mabitur monasterium de fratribus alterius ordinis ſi de mõachis eius dem ordinis reformari non potest.

ca.vii. Elatũ est ꝙ monachi de h. se culariter viuũt et alios exem plo suo corrũpunt. Ideoq₃ man- damus quatenus eos ad obseruan- tiã regule ap. remota cõpellas: vel ſi tibi restiterint ausu temerario eis electis fr̃es alteri⁹ ordis ſi non potest prescriptum monasterium in suo ordine reformari i illud inducas vel labores impio⁊um iusti edant: ⁊ illi tandem rubore perfusi: ad sui ordinis obseruantiam reuertantur. I. añ. th. estul. epi.

Clerici in sacris compellendi sunt per beneficio⁊um subtra- ctionem vt desistant a tabellionat⁹ exercitio.

c.viii. Icut te accepimus referente: et infra. F. t. mandamus qua tenus clericis in sacris ordinib⁹ cõ stitutis tabellionatus officium ꝑ be neficio⁊um subtractionem appella- tione postposita interdicas. I. dem in concilio generali.

Cleric⁹ nec dictare nec proferre sententiã sanguinis dz nec quicꝙ̃ aliud exercere per quod ad vindictã sanguinis tendatur vl' pur gationi vulgari opẽ prestare nõ dz.

cap.ix. Ententiam sanguinis nullus clericus dictet aut proferat ſ₃ nec sanguinis vindictam exerceat: aut vbi exerceatur intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti ecclesiis vel ecclesiasticis personis aliquod presumpserit inferre dispẽ dium: per censuram ecclesiasticam compescatur. Nec quisꝙ̃ clericus litteras dictet aut scribat pro vindi cta sanguinis destinendas vnde in curiis principum hec sollicitudo nõ clericis sed laicis committatur. Nullus quoq₃ clericus ruptariis vel balistariis aut huiusmodi viris sanguinum preponatur: nec vllam chirurgie artem subdiaconus dia- conus vel sacerdos exerceat que a- dustionem vel incisionem inducit. Nec quicꝙ̃ purgationis aque fer uentis vel frigide: seu ferri cãdẽtis

ritum cuiuslibet benedictionis aut consecrationis ipedat. saluis nihilo minus phibitionibus de monachis siue duellis añ pmulgatis. Non.3
Constitutio turoneñ. cōcilij puniens religiosos audientes leges vel phisicā est canon late sententie: et incidentes in illā debēt per ordinarios puniri. h. pmo. Secundo extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates: et per sonatus/ et ad presbyteros.

co.r. Uper specula: et infra. Cōtra religiosas psonas de claustris exeuntes ad audiēdum leges vel phisicā. A pre. no. olim statuit i concilio turoneñ. vt nisi infra duorum mensiū spaciū ad claustrū redierint: sicut excōmunicati ab oībus euitentur: et in nulla causa (si patrocinium prestare voluerint) audiantur reuersi aūt in choro: mensa: capitulo: et ceteris vltimi fratrū existant et (nisi forte ex mia se. apo.) totius spem promotionis amittant. Uerum qz nonnulli ex talibus pro pter quorundā opiniōes diuersas excusationis aliquid assumebant. Nos volētes vt de cetero ipso facto sententiā excōmunicationis incurrant: districte precipiēdo man. qua. tam a diocesanis: et capitulis ipsorum ꝙ a ceteris epis in quorū diocesibus huiusmodi studēt: tales excōmunicati et predictis penis ob noxij publice nuncientur. Qz vero theologie studiū cupimus āplia ri. vt dilatato sui tentorij loco: funiculos suos faciat longiores: vt sit fides catholica circuncincta muro inexpugnabili bellatorum/ quibus resistere valeat ascendentibus ex aduerso. ad archidiaconos/ decanos plebanos/ prepositos/ cantores/ et alios clericos personatus habentes necnon presbiteros: (nisi ab his infra spacium prescriptū destiterint) hoc extēdi volumus et mādamus/ et appellatōe postposita firmit obseruari

Incipit liber quartus.

De sponsalibus et matrimonijs.

De concilio tribu.

Matrimoniū consensu ptrahitur: nec inualidatur si consuetudo patrie non seruetur.



E francia quidam nobilem mulierem de saxonia lege saxonum duxit in vxorem. verum quia non eisdē vtuntur legibus saxones et frācigene: causatus est ꝙ eā nō sua. i. francorum lege desponsauerat: dimissaqz illa aliam superduxit. Diffiniuit sup hoc sācta sinodus vt ille transgressor euāgelice legis subijciat penitentie: et a secunda coniuge separetur: et ad priorem redire cogatur. capi. I

Innocen. iij. exoneñ. episcopo.
Sponsalia de futuro dissoluuntur si sponsi se dissoluūt etiam si fuerint iurata.

Reterea hi qui de matrimonio ptrahēdo pure et sine ōi conditione fidē dederūt: pmonēdi sunt et modis oībus inducendi vt pstitam fidē obseruēt. Si aūt se ad inuicē admittere noluerint/ ne forte deterius inde ptingat: vt talē scilicet ducat quam odio habet: videtur ꝙ ad instar eorum qui societatē interpositione fidei ptrahunt: et postea eandē sibi remittunt hoc possit i patientia tolerari. ca. ij.

Eugenius papa.
Si maior septennio: duxit in vxorem minorē septēnio: et eā traducit ad domū: oritur ex tali cōtractu publice honestatis iusticia. hoc dicit inherendo littere. Pañ.

Iuuenis qui puellā nōdū septēnem duxit: cuius etas repugnaret ex humana tñ fragilitate forsā tentauit qd pplere nō potuit. Qz igitur in his ꝗ dubia sunt qd certius estimatur tenere debemus: tum propter honestatē ecclesie: qz ipsa coniunx ipsius fuisse dicit: tū pter predictam dubitationē. Mā. qua. cōsobrinam ipsius puelle quam postmodum duxit diuidas ab eodem. cap. iij

Alexan. iij. papien. episcopo.
Ex sponsalibus contractis cum consanguinea oritur publice honestatis iusticia.

Ad audientiam nostram apostolatus peruenit quod cum H. papiensis ciuis filiam suam cuidam filiorum I. vellet dare uxorem: iurauit quod si ille habere eam casu aliquo interueniente non posset: alteri filio quem de alia uxore genuerat eandem matrimonio copularet. Contractis autem a filio priore sponsalibus: quidam consanguinitatem inter eos esse iuramentis interpositis firmauerunt. Ideoque prefatus H. eandem dari alteri filio nititur ut iurauit. Sed quoniam scriptum est quod sponsam fratris frater habere non potest. man. qua. eum suum implere propositum non permittas: sed ut penitentiam agat de illicito iuramento monitione premissa ecclesiastica districtione compellas.

ca. iiij

Idem panormitano archiepiscopo.
Si sponsus de futuro ante copulam ad remota se transferet: sponsa libere cum alio contrahit si tamen per eam stetit quominus matrimonium perficeretur: sibi penitentia imponitur.

De illis autem qui prestito iuramento promittunt se aliquas mulieres ducturos et postea eis incognitis dimittunt terram/se ad partes alias transferentes. Hoc tibi volumus innotescere: quod liberum erit mulieribus ipsis (si non amplius in facto est processum) ad alia se vota transferre: recepta tamen de periurio penitentia/si per eas stetit quominus fuerit matrimonium consummatum.

ca. v

Idem paduano episcopo.
Non omnis violentia impedit contractum matrimonium hoc dicit quo ad titulum.

De muliere que est inuita tradita viro et detenta cum inter vim et vim sit differentia ut rum postea consensus intercesserit certum nobis nichil postea expressisti: nichil certum indetibi possum uarespondere.

ca. vi.

Idem cantuariensi. archiepiscopo.
Si aliqui apti ad matrimonium contrahunt per verba obscura communem verborum intellectum sequi tenentur.

Ex litteris tuis. De hoc autem quod consuluisti quid debeat obseruari quando inter aliquos sponsalia contrahuntur nec intelligit alter quod alter proponit. Respondemus quod inspiciendum est iudici si matrimonium contracturi ad id faciendum sint idonei scientia et etate quo cognito si aliter non intellexerit. quod alter proposuit ad communem verbi intelligentiam recurratur: et cogatur uterque verba prolata in eo sensu retinere quem solent recte intelligentibus generare. Idem vigil. episcopo

ca. vii

Inter sponsam et consanguineos sponsi oritur impedimentum publice honestatis impediens et dirimens matrimonium inter eos contrahendum.

Sponsam alterius (maxime si est nubili etati proxima) nullus consanguineorum aliquo modo sibi potest matrimonio copulare. Idem abbatibus sancti eadmundi et demer.

c. viij.

Si vir et mulier inuicem promittunt quod ab eo tempore se pro coniugibus habebunt contractum est matrimonium de presenti. h. d. et est casus notabilis

Ex parte. C. mulieris nobis intimatum est: quod andreas iuramentum prestitit: quod eam ab eo tempore pro coniuge teneret: et ei sicut uxori sue fidem seruaret. Ipsa quoque eidem Andree iurauit se illum pro marito habituram: et fidem ei tanquam viro prestituram: quo facto prenominatus A. reliquit eandem. Quia igitur nemini licet uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere: et tunc eam sibi reconciliare debet: aut ipsa viuente continere. Man. qua. eundem ut (super inducta dimissa) ad uxorem suam redeat. et eam maritali affectione pertractet: monitione premissa per eccl. cen. cogatis. Idem pictauen. episcopo.

ca. ix.

Qui iurauit cum aliqua contrahere si non subest impedimentum per censuram ecclesiasticam contrahere compellitur.

ca.x. Ex litteris Munarī epī accepimꝰ quod cū duo nobiles viri sui epa tus Gu.s.de monstra.ꝛ.B.filius ꝛ filias ipubescentes haberēt inter se cōuenerunt ꝙ eos adinuicē matrimonijs copularēt: ꝛ hoc tā pres ꝙ filiū sub iuramēto se pmisere facturos i et quos sliquidē. G.filiā alterius ↄ entiēte pre se iurauit ducere in vxorē: quo volēte ad alia vota migrare eū epus ↄpellere voluit vt qd iurauerat adimplere: ꝛ infra. Qr igitur predicto. G.periculosum est cōtra suū iuramētū venire. F.t.mā da.qua.si hoc tibi ↄstiterit eū monneas: ꝛ si non acquieuerit monitis: ec.cen.ↄpellas vt ipsam (nisi rationabilis causa obstiterit) in vxorē recipiat: ꝛ maritali affectiōe ptractet I dem archiepiscopis ꝛ alijs pla tis per anglicam constitutis.

Per censuram ecclesiasticam pater ↄpellitur restituere filio eius vxorem quam iniuste detinuit vel detinet

ca.xi Non ē vobis (sicut arbitramur incognitū qualiter anglo𝔭 ↄ discordia q̄ inter ipm ꝛ filios suos est suborta: vxores eos ne tineat: et infra. Nos itaqꝫ attēdētes iustum ꝛ honestū esse: vt viri suas petāt vxores. Mā.qua. eundē regē ad eas restituēdas sollicite moneatis: ꝛ si ipsu xta cōmonitionē vestram filijs suis vxores suas infra certū terminum non restituerit ex tūc in quacūqꝫ ↄ uinciarum vestrarū detinentur vel transferūtur donec ibi fuerint nulla diuina officia (preter baptismum paruulo𝔭 ꝛ penitētias morientiū) celebretis: nec pmittat ī aliquatenꝰ celebrari. I dem epo sancte agathe

Dictum vnius asserentis impedimentū impedit matrimonium contrahendum non iuratum.

ca.xij. Preterea de muliere q̄ a viro ꝑpetitur: cuiꝰ cōsanguineus cū ea se deliquisse pponit: sed hoc publice ↄfiteri recusat ppter metū et potentiam mulieris Taliter.r.vt matrimonium ipsum fieri (nisi iuramentum interuenisset) districte prohibeas ne deterius inde contingat I dem procuratori et cano.sora.

Si mulier inuita cum aliquo contrahat nec i eū postes cō sentit: tenet matrimonium si alteri postea nubit. Ita cōiter sumat. Et scōm hunc itellectū esset hic casus apertꝰ ꝙ mrimoniū metu cōtractū esset ipso iure nullum hoc tā clare non colligitur ex littera.

ca.xiij Veniens ad apost.se. Mariota supplici insinuatione mōstrauit: ꝙ quendā adolescētem adamauit intātū ꝙ vterqꝫ de matrimonio contrahēdo sub triū ꝑsonarū testimonio ꝑstiterit iuramētū. qꝫ parētes mulieris ipsiꝰ ignorātes eā in s uitam ꝛ reclamatā in vxorē alij tra diderunt. quē ita exhorruit. ꝙ se ab eo nullo modo cognosci pmisit Cū qꝫ publice fateret ꝙ a priori viro cognita esset atqꝫ iurata: epus sorañ.cognito ꝙ prima iter eos esset linea cōsanguinitatis ipsos abinuicē separauit. Ceterū cum causa ipsa tractaretur ꝛ viro cui tradita fuerat a parentibꝰ cōsentire nollet: ipe aliā in vxorē traduxit: ꝛ illa cuidā.T.nomine publice i ↄspectu eccle nupsit tandem cū de illo filiū genuisset pr ipsius.T.ei opposuit ꝙ filiū suū nō potuit in virū habere eo ꝙ ab alio qui defunctꝰ est priꝰ despōsata fuisset: ꝛ infra. Man.qua.si ineneri s tis ꝙ predicta mulier a priori viro iudicio eccle fuerit separata et ab eodē.T.sine cōtradictione ecclesie in vxorē traducta: ꝛ ille cui a parētibus fuit copulata de presenti vita decessit: predictū.T.moni.premissa compellatis vt prefatā mariotā recipiat ꝛ studeat maritali affectione tractare: alioquin eū ꝛ superin ductam ꝛ patrē eius (si huic rei restiterit) excōmunicatiōi subdatis. I dem papiensi episcopo.

Si timetur inferri violentia puelle de cuius matrimonio agitur debet iudex sibi prouidere locum tutum et honestū donec causa terminetur.h.d.Et est textꝰ multum allegabilis.

c.xiiij [C]Um locum nõ habeat ꝯsensꝰ vbi metus vel coactio ītercedit necesse est vt vbi assensꝰ cuiuscꝫ requirit coactiõis materia repellatur. Matrimoniū autē solo cõsensu contrahit: ꝛ vbi de ipso q̄rit / plena debet securitate ille gaudere cuꝰ est animꝰ indagãdus ne ꝑ timorem dicat sibi placere qḋ odit et sequat exitus q̄ de inuitis solet nuptijs ꝓuenire. ¶ Quocirca mandamꝰ quatenus puellā de cuius matrimonio questio vertitur: in domo in qua nihil eam timere oporteat facias honeste teneri: donec p̄dicta causa terminata fuerit: ꝛ finis sine ꝯtradictione cuiuscꝫ valeat executioni mandari. [I]dem.

Sponsalia de futuro si secuta est copula nõ soluūtur per sponsalia de presenti. alias tenent sponsalia de presenti. nisi ꝑ metum qui potuisset cadere: in constantem virum contracta sint.

ca. xv [V]Enies ad nos Bu. sua nobis relatione monstrauit ꝙ ī domo sua mulierē quādā receperit de qua prolē habuit. et cui fidē coram pluribꝰ prestitit: ꝙ eā duceret ī vxorem. Interim aūt cū apud domū vicini sui pnoctauerit eius filia nocte illa secū concubuit: quos pr̄ puelle simul in vno lecto inueniēs ipm eā per verba de presenti despõsare coegit. ¶ Ideoqꝫ mā. quā. si inueneris ꝙ primā post fidē prestitā cognouerit. ipm cū ea facias remanere: alioquin scđe (nisi metu coactꝰ: q̄ posset in virū ꝯstantē cadere eā desponsauerit) adherere facias vt vxori.
[I]dem exonēsi. episcopo.

Qui iurauit cū aliqua contrahere: si vult religionē īgredi debet primo ꝯtrahere vt iuramētū seruetur: ꝛ ante copulam carnalem monasterium ingredi poterit.

ca. xvi [C]Ommissum. ꝛ ifra. Significauit nobis fra. t. ꝙ q̄dā cuidam mulieri de ꝯtrahendo matrimonio fidē dedit: ꝛ se cū ea infra biennīū ꝑ verba de presenti ꝯtracturū: p̄stito iuramēto firmauit nūc aūt prīuata lege ductus ad frugē melioris vite suspirat. ꝛ infra. ¶ Fr. t. t. r. ꝙ tutiꝰ est ei (religione iuramēti seruata) prius contrahere ꝛ postea si elegerit ad religionē migrare: si tñ post despõsationē copula non dinoscit īteruenisse carnalis.
[L]ucius. iij. rapalē. epõ.

Qui iurauit cū aliqua ꝯtrahere moneri potiꝰ dꝫ q̄ cõpelli vt ꝯtrahat. h. d. inherendo littere.

[R]Equisiuit a nobis. t. frater. q̄ c. xvij
cēsura mulier ꝯpelli debeat. que iusiurandi religione neglecta nubere renuit: cui se nupturā interposito iuramento firmauit. ꝛ infra. ¶ Ad qḋ. b. r. ꝙ cū libera debeāt esse matrimonia monēda: est potiꝰ q̄ cogenda: cū coactiões difficiles soleant exitus frequenter habere.
[V]rbanus. iij.

Litis pendētis sup m̄rimonio non īpedit scđm matrimoniū contrahi si primum erat nullum.

[C]Um in apostolica: ꝛ ifra. ¶ Intellerimꝰ ꝙ cū inter villicum capit.
de arueia ꝛ vxorem eiꝰ matrimonij xviij.
q̄stio tractaretur ante publicationem testiū villicus reuersus ad ꝓpria publice inter se ꝛ vxorē suam proposuit sentētiā diuortij iudicio ecclesie ꝓmulgatā: ꝛ sic falsitate suggesta quandā aliā fac: nesciam sibi copulare p̄sumpsit: postmodū vero super prioris matrimonij q̄ibꝫ de litteris īpetratis delegati iudices sententiam diuortij ꝓtulerunt. Uerum q: villicū ꝛ mulierē quā superinduxit pendente lite prioris vxoris inuicē asseris consensisse. ¶ Cōsul. f. t. r. ꝙ īposita viro penitentia cõpetenti / ꝛ ifra penitentie tēpꝰ carnali ꝯmercio interdicto postmodū maritali copula poterūt remanere
[C]le. iij. cesaraugustensi episcopo.

Uxor nõ certificata de morte viri cõtrahere non potest q̄uis ignoret quid sit de marito q̄ lõgo tempore abfuit.

[I]N p̄sentia nostra quesiuisti q̄d c. xix.
agendum sit de mulieribꝰ que viros suos causa captiuitatis vel

peregrinationes absentes vltra se ptennium prestolate fuerint: nec certificari possunt de vita vel de morte ipsorum: licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem et pro iuuenili etate seu fragilitate carnis nequeunt ptinere/petentes alijs matrimonio copulari. ¶ Consul. ergo tue. t. i. q quotcunq annorum numero ita remaneant viuentibus viris suis nō possunt ad aliorum psortium canonice cōuolare nec auctoritate ecclesie pmittas ptrahere donec certum nuncium recipiant de morte virorum. Idem.

Contractus matrimonii cū peccatrice volēte se corrigere pficit ad remissionē peccatorum.

ca.xx. Inter opera charitatis non minimum est errātem ab erroris sui semita reuocare et infra. ¶ Statuimus vt omnibus q publicas mulieres de lupanari extraxerint et duxerint in vxores: qd agunt in remissionem proficiat peccatorum. Idem.

ca.xxi. Matrimonium per vim cōtractū cohabitatione spontanea pualescit. h. d. et quotidie allegat.

Ad id qd p tuas litteras intimasti de quadā parrochiana tua quā suus vitricus cuidā theutonico matrimonialiter copulauit. ¶ Taliter. r. q cum quis vndecim annos habēs ab initio inuita fuisset ei tradita et renitens: tamen qz postmodū p annum et dimidium sibi cohabitās psensisse videtur: ad ipm est cogenda redire Nec de cetero recipiēdi sunt testes si quos memorata mulier ad pbandum q non psenserit in eisdē nominauerit pducendos: cū mora tanti tpis huiusmodi pbationē excludit ¶ Mandamus igitur vt ppter hoc non omittas quominus vtrūq ppellas ad alterum maritali affectione tractandū nisi forte vellēt ad religionem pariter puolare: penitētia eis iniuncta: pro eo q ad alios et illicitos concubitus vterq transiuit. Innocentius. iij. fernati. epo.

Sponsalia de futuro etiā iurata soluunt p scda spōsalia de presenti: nō aūt p scda de futuro

ca.xxii. Sicut ex litteris tue fra. accepimus cū Lau. parrochianus tuus. p. mulierē se ducturū in cōiugem in manus pris eiusdē. p. iurans tis q eā sibi traderet in vxorē pprio firmauit iuramēto: nec p virū stererit sed p mulierē potius quominus inter eos matrimonialis solēnitas: sit secuta: quattuor postmodum vel quinq annis elapsis idē L. E. mulierem per verba de presenti (vt eius consanguinei asserūt) desponsauit: et infra. Postulationi. t. t. r. q si tibi cōstiterit q idē. L. p. p verba de futuro. E. vero despōsauerit p verba de presenti sposita ei penitentia cōpetenti: qz primā fidē q irritā fecit nisi forsan in iuramēto suo certū terminū infra quē dictā. p. ducere in vxorem prefixit: nec p eum stetit quin ad statutū terminū matrimonium cōsummauerit: matrimonium secundo loco cōtractū legitimum iudices/et ad illud seruandū cōpellas eūdē. ¶ q si forte p verba de futuro spōsalia cū vtraq cōtraxit iuramētū pmū sicut licite factū ē ipm seruare cōpellas de scdo ei pniam iniūcturus. ¶ q si de his nō cōstat ad plenū tādiu adhuc cognoscas de causa donec sup his sufficienter instruaris. Idē arelatensi episcopo.

Mutus et surdus et omnes q non prohibentur matrimonium contrahere possunt.

c.xxiij. Cum apud sedem apostolicam et infra. ¶ Sane cōsuluisti nos vtrum mutus et surdus alicui possit matrimonialiter copulari. ¶ Ad qd t. r. q cum phibitorium sit edictū de matrimonio ptrahēdo vt quicūq nō phibet p psequētiā admittat: et sufficiat ad matrimonium solus psensus illorum de quorum quarūq piunctionibus agitur, ¶ Uidetur q si talis velit contrahere: sibi nō possit vel debeat denegari. ¶ Cū qd verbis nō potest: signis valeat declarare. Idem ver cel. episcopo.

Furiosus matrimonium contrahere non potest.

c.14. Dilectus filius. R. proposuit q filiam suam cuidā matrimonialiter copulauit. ⁊ infra. Cū aūt eadem mulier cū ipso viro qui continuo furore laborat morari non possit: ⁊ pter alienationē furoris legitimus non potuerit interuenire consens⁹: mandam⁹ quaten⁹ si rē noueris ita esse prefatas psonas cures ab inuicē separare. Ib brixi. eps.

Solo consensu legitimo contrahitur matrimoniū sꝫ verba requirunt quo ad pbationē ⁊ itellige vel alia signa equipollētia. h.d. fm intellectū quē tenet panor.

c.xxv. Tue frater. ⁊ infra. postulasti vtrum ex solis verbis ⁊ ex qbus matrimoniū cōtrahat. Nos igit inqt. t. r. q matrimoniū in veritate ɔtrahit p legitimū viri ⁊ mulieris cōsensū: sed necessaria sunt quātū ad ecclesiā vba cōsensū exprimentia de presenti. Nā surdi ⁊ muti possunt cōtrahere matrimoniū per consensū mutuū sine verbis. ⁊ pueri ante annos legitimos p verba sola nō contrahūt cum intelligantur minime consentire. Idem.

Si alter contrahentiū vtitur verbis dubijs animo decipiēdi mulierem: et eam postmodum cognoscit carnaliter iudicatur p matrimonio in foro iudiciali: secus in penitentiali hoc di. secundum verū et communem intellectum.

capit. xvi. Tua nos duxit. f. consulendos. et infra. Cōsequenter qsiuisti cum quadā mulierem quidā aliter inducere nequiuisset vt sibi cōmiscere tur carnaliter: nisi desponsasset eandem nulla solennitate adhibita vel alicui⁹ psentia dixit illi. te iohānes desponsat cum ipse iohannes nō vocaretur sed finxit se vocari iohannē non credens esse ɔiugium: eo q ipse non vocaretur hoc nomine nec haberet propositum contrahendi sed copulam tamen exequendi carnalē: vtrum inter predictos sit matrimoniū celebratū cū mulier consenserit in eundem. et ille dissenserit ⁊ dissentiat nec aliud aliquid egerit qd supe rius est expressuꝫ nisi q cognouerit eandē. Super quo. t. r. q cū prefatus vir predictam desponsauerit mulierem in ppria persona et sub noie alieno quo vocari tūc se finxit ⁊ inter eos sit carnalis copula subsecuta: videt forte pro cōiugio presumēdū nisi tu nobis expresse scripsisses q ille non proposuit nec consensit illam ducere in vxorem quod qualiter tibi constiterit non videmus. Nos aūt qd iuris sit rescribētes dicimus q si res ita se habuerit: vcꝫ q ille eā nō pposuit ducere in vxorem nec vnq consensit in predictam personam nō dꝫ ex illo facto cōiugium iudicari cū in eo nec substantia coniugalis cōtractus: nec forma cōtrahendi coniugiū valeat inueniri: qm̄ ex altera parte dol⁹ solummodo affuit: ⁊ defuit cōsensus sine q cetera nequeūt fedus perficere ɔiugale. Idem episcopo beluacen.

Ad denunciationem vnius honesti viri qui defert cōsanguinitatē et de fama vel scandalo docet impeditur mrimoniū contrahendū.

Cum in tua diocesi. ⁊ infra. Sane qz ɔtingit iterdū q aliquibus volētibus matrimoniuꝫ contrahere: bānis (vt tuis verbis vtamur) in ecclesijs editis: ac nullo contradictore publice comparente licet fama priuatū impedimentum deferat parētele: cū ex parte cōtrahētiū iuramenta maioꝝ de sua ppinquitate (vt suspicionis tollatur materia) offerantur quid tibi sit faciendum in casib⁹ hmōi qsiuisti. Ad qđ taliter rn̄. q si psona grauis cui fides sit adhibenda tibi denunciet q hi q sūt mrimonio copulādi se ppinquitate contingāt: ⁊ de fama vel scandalo doceat antiētiā p testm̄ possis certificari de plano: nō solū debes iuramenta parentum sponte oblata non recipere verūetiam eos qui sic contrahere nituntur: si moniti induci ne quiuerint cōpellere vt a tali cōtractu desistant: vel contra famā hmōi scdm̄ sue discretionis arbitriū iurameta exhibeant ppinquoꝝ. Aliodq capit. xxvij.

Honorius eusebio ep̃o.

Pater pro filio impubere sponsalia contrahit pro pubere vero non nisi consentiat.

Cap. i



Ua nos requisiuit fraternitas de filio adulto quem pater matrimonium vult contrahere nisi ne voluntate adulti filii facere potest? Ad qd̄ dicim⁹: nisi aliquo modo nō cōsentit fili⁹ fieri non posse. Post aūt filiū nōdū adultū voluntas cuius discerni nō pōt pater cui vult matrimonio tradere. Et post q̄ filius peruenerit ad pfectā etatem oīno dz hoc adīplere. Nicola⁹ pa.

Impuberes ambo vel alter nisi pro bono pacis cōiungi nō debent.

ca.ii. Ubi nō est consensus: ⁊ infra. Districtius ihbem⁹ ne aliqui quoꝝ vterq; vel alter ad etatē legibus vel canonibus determinatam nō peruenerit: cōiūgātur. Nisi forte aliqua vrgētissima necessitate interueniente. Ut pote ꝓ bono pacis talis coniunctio toleretur. Isidorus.

Puberes sunt quo ad matrimonium qui ex habitu corporis cōcipere et generare possunt.

ca.iii. Puberes a pube sūt vocati. i. a pudētia corporis nuncupati: quia hec loca primo lanuginē ducūt. Quidā th̄ ex ānis pubertatem existimant. i. eū esse puberē q̄. xiiii. ānos impleuerit quāuis tardissime pubescat. Certū aūt est eū puberē esse q̄ ex habitu corporis pubertatem ostendit et generare iam potest. Et puerpere sunt que in ānis puerilibus pariunt. Alexander terti⁹ herfordensi ep̃o.

Ex spōsalib⁹ cōtractis cū minore septēnio nō oritur impedimētū publice honestatis: secus si cū maiore vel minore ꝯsētiēte post septēniū. ⁊ affinitas sequēs dissoluit sponsalia precedētia de futuro.

Litteras tue fraternitatis accepim⁹ et quarū tenore ꝑpēdim⁹ q̄ cū qdā esset pfecte etatis quādā puellā in cunabulis desponsauit: ꝓcedēte vo tp̄e mr̄em puelle cognouit: ⁊ eam in vxorē accepit: ⁊ infra. ca.iiii

Cōsul. t. t. r. q̄ si p̄fat⁹ vir mr̄em puelle anteq̄ septimū ānū cōplesset in vxorem accepit mr̄imonium non dissoluas cū desposatiōes hmōi nulle sint q̄ in cunabilis fiūt. Uerū si post q̄ puella septimū annū cōpleuit predict⁹ vir matrē ei⁹ accepit vxorem cū spōsalia extūc placere consueuerint inter eos illam diuortiū nō differas promulgare: nec ipsum filium seu matrem habere permittas. Idē eboracen. archiepisco.

Spōsalia nulla ex defectu ꝯsēsus nō creāt publice honestatis iustitiā spōsalia vo aliqua licit licet legitimo modo fuerit dissoluta

Accessit ad pñtiā nostrā: ⁊ infra. F. t. mandam⁹ quatenus si tibi constiterit q̄ puella non esset septēnis qñ. B. desposata fuit: ⁊ postea i eū nō ꝯsenserit: ⁊ q̄ idē B. ab hmōi desposatiōe ꝑ te fuerit absolut⁹ matrimoniū inter eundem. B. ⁊ mr̄em puelle celebratū p̄cipias inuiolabilit obseruari: ⁊ eoꝝ ꝓlē denūcies esse legitimā: qz desposatiōes ⁊ mr̄imonia añ septē annos fieri nō pñt: ni cōsensus postea nō accedit. Sane si prefata puella ante desponsationē septimū ānū ꝯpleuerat: lz p̄dict⁹ vir a deponsatiōe ipsi⁹ puelle ipso iure fuerit absolutus cū ea in eū ꝯsentire noluerit: honestū th̄ videt vt matrem habeat cuius filia fuit sibi desponsata. Idem norwicen. episcopo. cap.v

Si impubes despōsata ⁊ traducta petit licētiā pubes fctā alteri nubendi non auditur si vir iurat se eam cognouisse: nec auditur si nondum pubes sed proxima pubertati ꝓbetur cognita. Ex sponsalibus contractis cū ipubere maiori septēnio oritur publica honestas.

Continebatur in lris tuis q̄ cū quedā puella infra nubiles annos cuidam in vxorem tradita fue- ca.vi

ctus iuuenis consensisset in eam ab ipso iuramento recepto q postq̄ ad legitimam etatem peruenit / ipsam habere non consensit in vxorē ab im petitione mulieris eum potes ꝛ de bes absoluere: ꝛ ad alia vota vtriq; dare licentiam transeundi. Idem pisano archiepiscopo.

Si maior inuitus ptraxit spō salia cum minore: nō tenetur ipsum expectare donec veniat ad eta tem adultam.

ca.xi. Ex litteris.t.fra. accepimus q puella quedam anno.xij. iura ta fuit et desponsata cuidam puero ix.vel.x.annorū.ꝛ tempore procedē te de voluntate parentum potius q̄ de sua (sicut asserit) ad domum pa tris pueri adducta: vbi nolens et in uita minis parentum impulsa morā fecit per annum et amplius: et tan dem inde recedens ad domum pro priam est regressa: et infra. Cum autem dictus puer nondum ad.xiiij annum peruenerit nec ad eandem carnaliter accessum habuit. dis.t.t. r.q si puella cōmonita vt donec cō pleat idem puer annum.xiiij. expe ctet: non duxerit expectandum ei, se cundum ea q̄ proposita sunt accipiē di alium virum liberam tribuas fa cultatem. Alexander tertius.

Sponsalia contracta cum mi nore septennio per cohabita tionem mutuam post septennium cō ualescunt et inducunt publice hone statis iusticiam soluuntur tamē per matrimonium de presenti.

ca.xij Duo pueri Guillelmus et guil lelma matrimonialiter sunt coniuncti: puella vero.vij.annuꝫ a gente qui simul p tres annos manse runt: tunc pater puelle subtrahens eam sponso ipsam alteri M.nomine copulauit cū quo per.vij.annos qui ete permansit ipse vero tunc reliqt eandem: quia credebat eam aliū vi rum habere. Gui.s.cui prius fuerat desponsata. Prior autem sponsus ad annos discretionis perueniēs a pre decess.tuo contrahendi cum alia licē tiam impetrauit, qui quandam nomi ne G.consobrinam prioris in vxorē accepit. et cum ea per aliquod tem pus existens eam (vt ipse fatetur) car naliter non cognouit: licet illa se ab eo cognitam asseueret. cum autem pater memorate. Guil. eam vidisset a secundo viro relictam prenomina tum Guil. cui prius eā desponsaue rat compulit: vt G.neptem suam om nino dimitteret et ad Guil. suā des ponsatam rediret. qui postmodum per biennium cohabitauit eidem. Quia igitur quid tibi faciendum sit postulas edoceri: bre.r.q impe diente puerili etate matrimonium inter Gu.ꝛ Gu.non fuit et licet idē postq̄ illa nupsit aliū potuerit aliam ducere in vxorem: tamen quia dictā G.duxit consobrinam mulieris eius dem siue eam cognouerit siue non non debet tamen cum eadem G.pro pter publice honestatis iusticiam re manere. nec ad primam habere re gressum quia alteri fuit legitime co pulata: ꝛ infra. Cum vero vir caput sit mulieris ꝛ G.dicat se non cogno uisse prius G.supradictam aliam si voluerit poterit ducere in vxorem ꝛ G.viro legitimo copulari: post sepa rationem vero pro vitando populi scandalo vtriq; ad tempus est peni tentia iniungenda. Si vero legiti me constaret ipsā G.ab eo siue post siue antea cognitam extitisse: neutri viuente altero dabitur licentia con trahendi Remanebit ergo Guillel ma cum M.imposita ipsi M.ad tem pus penitentia competenti qui pro sua opiniōe sola Guillelmā (iudicio ecclesie non requisito) dimisit Inn. iij.c.ꝛ.p.quondā filius malebrāce

Accusari nō pōt matrimoniū quod non est. vt si cum minori septennio sit contractum denuncia ri tamen potest impedimētum ne cō trahatur in posterum.

Ad dissoluendum quod factum fuerat inter.J.ꝛ G.et infra. ca.xiij Accusatione pro puella super con sanguinitate preposita: prefatus.J. multas exceptiones proposuit per quas nitebatur vos ab accusatione

multipliciter remouere:et infra.
¶ Interloquendo pronunciauimus inter iuuenem et puellam nec matrimonium nec sponsalia fuisse contracta: cum constet puellam nondum ad septenniū peruenisse. Quocirca nec accusatio locū habebat: cum non esset quod posset legitime accusari. Denunciari tamen poterat consanguinitas vt interdiceretur matrimonium contrahendum. Ad denunciationem ergo legitime probandā terminum assignamus saluis exceptionibus non solum propositis sed etiā proponendis. ¶ Ne vero quicq̃ in puellam interim attentetur auctoritate apostolica interdicimus ne in negocio de nouo procedatur vlterius: donec vel a denunciatione cessetur: vel ea probata ordine iudiciario procedatur q̃ si contra interdictū nostrū in preiudiciū ipsius aliquid fuerit attentatum: id irritum esse decernimus et viribus omnino carere. ¶ Idem eīdo abbati.

Si quis per verba de presenti contrahit cum impubere in qua etatem malicia non supplet intelligitur nō matrimonium sed spōsalia contraxisse: etiam si subarratio intercesserit.

c.xiiii. Ue nobis exhibite littere cōtinebant: q̃ quidam filiā suā circiter.xii.annos habentem cuidaȝ nobili despōsauit qui subarrauit eā dem consensu mutuo accedente. et infra. ¶ Quia vero nobis constare nō potuit cuius etatis esset puella: cum eidem viro extitit desponsata cū dicatur: q̃ circiter.xii.annos habebat vtrum ne prudentia tunc in illa suppleret etatē: respondemus q̃ si puella nubilis nō erat etatis cū sepefactus vir desponsauit eādem: et etateȝ in ea prudentia non supplebat: proculdubio inter eos non coniugium sed sponsalia contracta fuerunt quamuis ab ipso viro eadem fuerit subarrata. ¶ De clandestina desponsatione. ¶ Ex concilio arelatē.

Pro clandestino matrimonio non presumitur sed illud allegāti incumbit onus probandi.

Cap.i. Si quis clam desponsauerit aliquam et mulier vel vir negat huiusmodi desponsationem ¶ Utro incumbit probatio. ¶ Alexander.iii. belluacen. episcopo.

Qui matrimonium clandestine contraxerunt altero negāte vel vtroq̃/non apparente legitima exinde probatione simul cohabitare ab ecclesia non compelluntur. et si illud publicauerint tanq̃ in conspectu ecclesie factuȝ cōprobabitur nisi rationabilis causa subsit que impediat.h.d.littere inherendo.

ca.ii. Uod nobis.et infra. Si matrimonio ita occulte contrahuntur q̃ exinde legitima probatio non appareat hi qui ea cōtrahunt ab ecclesia non sunt aliquatenus cōpellēdi. ¶ Uerum si persone cōtrahentiū hec voluerint publicare (nisi rōnabilis cā prepediat) ab ecclesia recipiēda sunt: et comprobanda / tanq̃ a principio in ecclesie cō spectu contracta ¶ In.iii.in concil.generali.

Cum matrimonia sunt cōtrahenda: debēt per presbiteros in ecclia edicta pponi assignato termino infra quem qui voluerit impedire impedimentum opponat. et si probabilis cōiectura fuerit de impedimento: interdicatur matrimoniū donec de hoc cognoscatur. hoc p̄mo vsq̃ ad.§.si quis.

ca.iii. Um inhibitio copule coniugalis sit in vltimis trib⁹ gradib⁹ reuocata eā in aliis volum⁹ districte seruari. Uñ predecessoꝝ nroꝝ vestigiis inherendo clandestina coniugia penitus inhibem⁹ prohibētes etiam ne quis sacerdos talibus interesse psumat. Quare specialē quorūdā locorum cōsuetudinē ad alia generaliter prorogando statuim⁹: vt cū matrimonia fuerint ptrahēda: i ecclesiis per presbiteros publice pponātur. cōpetenti termino prefinito vt infra illum qui voluerit et valuerit legitimum impedimētum opponat et ipsi

presbiteri nichilominꝰ inuestigent vtrũ aliqđ ĩpedimentũ obsistat. Quꝫ si apparuerit probabilis piectura contra copulã contrahendã, cõtractus interdicatur expresse / donec quid fieri debeat super eo manifestis constiterit documentis.

☞ Si in gradu prohibito matrimonium clandestine vel ptra interdictum de quo. s. ptractũ fuerit etiã per ignorãtes de impedimento: nati ex illo matrimonio sunt illegitimi. idem est si ãbo parentes sciunt impedimentũ matrimonij licet in cõspectu ecclesie cõtrahant. h. d. vsqꝫ ad. §. sane ab. fi. ¶ Si qs vero huiusmodi clandestina vel interdicta piugia inire psumpserit in gradu prohibito etiã ignorãter: soboles de tali piunctione suscepta prosus illegitima censeat: de parentũ ignorantia nullũ habitura subsidiũ cũ illi taliter ptrahendo nõ expertes sciẽtie vel saltem affectatores ignorantie videãtur. Pari modo ples illegitima censeat: si ãbo parentes impedimentũ scientes legitimũ preter oẽ interdictũ etiam i cõspectu ecclesie ptrahere psumpserunt.

☞ Sacerdos q ptẽpserit phibere matrimonia iterdicta: et qlibet clericꝰ etiã regularis q interfuit per trienniũ a bñficio suspẽditur. et si culpa exegerit etiã grauiꝰ puniunt ipsi ptrahẽtes ptra hoc. c. etiã alias licite puniẽdi sunt / et idẽ i calumniosa denũciantibꝰ. h. d. vsqꝫ ad fi. ab. ¶ Sane si parrochialis sacerdos tales piunctiones phibere contẽpserit. aut quilibet etiã regularis qui eis psumpserit iteresse: per trienniũ ab officio suspẽdat grauiꝰ puniendus si culpe qualitas postulauerit Sed his q taliter psumpserit etiã i gradu pcesso copulari: cõdigna pena iiungat. Si qs aũt ad ipediendã legitimã copulã maliciose ipedimẽtũ obiecerit canonicã nõ effugiet vltionẽ. De sponsa duorum

¶ R ug vlt. de fide pactiõis et psensꝰ.

☞ Cõtrahẽs successiue p verba de pñti cũ duabꝰ tenet adherere pri'e. Si aũt p'io ptraxit per verba de futuro: secundo per verba de presenti adherebit secunde.

Duobus modis dr fides pactiõis et cõsẽsꝰ. ¶ Si aliqs alicui mulieri fidẽ fecerit pactiõis: nõ dꝫ aliã ducere si aliã duxerit penitẽtiam dꝫ agere de fide mẽtita: maneat tñ cũ illa quã duxit. Nõ ei rescidi tñ dꝫ sacrm. Si aũt fecerit fidẽ cõsẽsꝰ: nõ lꝫ ei aliã ducere sz si aliã duxerit dimittet ipsã et adherebit priori. ¶ Est aũt fides pactiõis: qñ aliqs pmittit alicui fidẽ qꝫ eã ducet si pmiserit eũ rẽ secũ hre: vl'ẽt p psẽsu. ¶ Fides aũt psẽsꝰ ẽ qñ si strigat manũ: corde tñ et ore psentiũt ducere et mutuo se pcedũt vnꝰ aliũ et mutuo se suscipiũt. ¶ Ex brocardo libro. xxx. capi. i

☞ Ponit penitẽtiã illius qui alterius sponsã de presenti sibi accepit in vxorẽ: nec vnqꝫ in vxorẽ eã hre potest hoc dicit iuxta litteram.

Accepisti illam i vxorẽ tibi quã alter sibi despõsatã habuerat dimitte illam: qz nunqꝫ potest tibi fieri legitima: et. xl. dies in pane et aqua (quod carenam vocant) cum. vii. sequentibꝰ annis peniteas. ca. ii.

¶ lex. iii. salerni. archiepiscopo.

☞ Sponsalia de presẽti non soluũtur per sequens matrimoniuꝫ etiã carnali copula cõsummatum. ca. iii.

Licet pter solitũ: et lfra. ¶ Cõ. et t. r. qꝫ si inter virũ et mulierẽ legitimꝰ psẽsꝰ interueniat de pñti ita qdez qꝫ vnꝰ alterũ i suo mutuo psẽsu verbis psuetis expsse recipiat / vtroqꝫ dicẽte. Ego te accipio i meã: et ego te accipio i meũ: siue sit iuramẽtũ iterpositũ siue sñ lꝫ mulieri alii nubere ¶ Et si nupserit (ẽt si carnalis copula sit secuta) ab eo separi dꝫ et vt ad pmũ redeat ecclastica districtiõe cõpelli. ¶ Quãuis alit qbusdã pdecessoribꝰ nostris sit aliquando iudicatũ. ¶ dem genuen. archiepiscopo.

☞ Si qui appellat in cã matrimoniali interdici debet ne aliud matrimoniũ contrahat lite pendente: et si contraxerit debet separari.

ca.iij. Ua.s.nos ꝯſu.et infra.De his ꝙ coram te ſup deſpōſatiōe facta p ꝯſēſū mutuū de pñti cōtro uerſiam mouent: et appellatione pēdente quā ante ſententiā vel cognitione cauſe ad ſe.ap. iterponūt: accipiunt alias inurores. Hoc arbitramur agēdū vt ſi ammodo i tali caſu duxerint appellandū: eis i ecclia publice interdicas ne ante deciſionē cauſe aliud contrahāt matrimonium. Et ſi contra interdictū eccleſie factū venire pſumpſerint matrimoniū tā pſūptuoſe ptractū poteris irritare. Innoceñ.mutineñ.epo.

Qui duas pverba de pñti deſpōſat primam: deſponſatam habebit i vrorem: etiamſi prius ſecūdā cognouerit nec valet cōtraria conſuetudo: et hoc vltimadditur ad ca.licet ſupra eodem.

ca.v. Uas dudū.ꝛ ifra.De conſuetudine q diu i mutineñ.obtinuit ciuitatevtꝙ ſi qs iuraret aliquā ducturū: et circa carnis copulā deſpōſaſſet: ſi ꝯſequenter deſponſaſſet aliā/ et etiam cognouiſſet primo cognita adiudicaret viro: nō q prius extitit deſpōſata ꝛ infra. Ne vero turpis ſit pars q ſuo nō cōgruit vniuerſo: ꝛ ecclia mutineñ. tenere debeat hūiliter ꝛ ſeruare qḋ btī petri ſedē et ſuā metropoli ſeq viderit ꝛ docere: i matrimoniis de cetero ꝯtrahēdis illḋ te volumꝰ obſeruare: vt poſtꝙ iter legitimas pſonas cōſenſus legitimꝰ interuenerit de preſenti qui ſufficit in talibus iuxta canonicas ſanctiōes: et ſi ſolus defuerit cetera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrātur: ſi perſone iuncte legitiē cum aliis poſtea defacto contrahant qḋ prius de iure factum fuerat non poterit irritari. De conditionibꝰ appoſitis in deſpōnſatione vel in aliis cōtractibꝰ. Ex cōci.aphricanēſi

Defectꝰ turpis cōditionis i ꝯtractu matrimonii appoſite nō viciat mrimoniū ſꝫ viciatur.

capi. Uicunq ſub condicionis nomine aliquam deſponſauerit: et eam relinquere voluerit. Dicimus ꝙ frangatur conditio et deſpōſatio irrefragabiliter teneatur. Gregorius epiſcopo ſpoletañ.

Seruꝰ manumiſſꝰ ea cōditione vt fiat monachus et mōaſterio ſeruiat: alias i ſeruitutē redeat: ꝛ ſi hoc acceptato monachus factus ſit manu mittentis voluntatem cogitur obſeruare.

Um ſit pprium.ꝛ infra. H.pbr cōqſtus ē diaconū qndā manu miſiſſe duo mancipia ſub hac ꝯditione vt mōachi fierēt ꝛ in eo monaſterio vbi ipſe fuerat pmanerēt adūciens vt ſi qs contra faceret ſeruituti iterū ſubderetur: atq vnum ex his (hac cōditione deſpecta) monaſterium deſeruiſſe et ſe inter clericos ſociaſſe. Tu ergo ſi ita eē reppereris: ſic te exhibeat nec illi monaſterium deſerendi ſit facultas: ꝛ manu mittentis volūtas nō valeat preteriri. Aleran.iiij.pañ. archiepiſcopo. ca.ij.

Qui iurauit aliquam i vrorem accipere ſi centum ſibi donauerit. cētum non datis recipere nō tenetur niſi poſtea pure conſenſerit vel eam cognouerit.

De illis: et infra. Si vero aliquis ſub hmōi verbis iuramētū alicui mulieri pſtitit: ego te ivxorē accipiā ſi tm̄ mihi donaueris. ca.iij.

Res periurū nō habebitur ſi eam nolētē ſibi ſoluere qḋ dari petijt nō acceperit inrorē. niſi conſēſus de pñti/aut carnalis ſit inter eos commirtio ſubſecuta. Idem.

Res donata eccleſie ſub modo ſtati ē eccleſie: nec reuocatur modo nō ſeruato niſi hoc i ꝯtractu ſit expreſſū.h.d.ſcḋm verioꝛē intellectū. Et eſt textus multū notabilis et valde allegabilis Ab.ſic.

Erū cū alicui ecclie poſſeſſio qualꝫ iterpoſita cōditiōe donat: a donatore donū poſtea reuocari non poteſt. Niſi forte tali ſit conditione collatum ꝙ ea ceſſante debeat reuocari. Urbanus tertius. ca.iiii

Contrahentes matrimonium ſub conditione non improbatā nō compellitur matrimoniū co

summare ante conditionis euentū.

ca.v. Super eo vero qd postulasti vtrū ille q̄ in quādā mulierē ꝯsensit si pater ei⁹ suū prestaret assensū: sit ad cōsumandū matrimoniū compellendus. ¶ Respondem⁹ ꝙ cū consens⁹ liber dici nō possit q̄ in alieno arbitrio reseruat̄ : ac conditionem ipsā canonica nō improbēt instituta : nisi volūtas patris postmodum intercedat : nequaq̄ cogēdus est ad matrimoniū contrahēdum. ¶ Nam licet alexander papa responderit ꝙ spōsalia interposita cōditiōe cōtracta: ipsa non impleta si cōsensus de pñti intercedat: vel carnalis copula subsequat̄ dissolui nō dñt: sed firmiter obseruari nequaq̄ ē nře diffinitiōi aduersū: cū hmōi ꝯsens⁹ non sit de pñti hñd⁹: lꝫ per verba de pñti euidētius exprimatur: qui in alieno arbitrio nō habito sed hñdo consistit. Jn. iij. masica. episcopo.

Qui sub honesta conditione sponsalia contrahit et ante cōditionis euentum despōsatā cognoscit: a conditione recedit.

ca.vi. Per tuas lr̄as intimasti ꝙ cum q̄dam mulier .P. nomine .A. postularet in vix: asserens inter se mutuum de pñti cōsēsū interuenisse: et carnalē copulam accessisse: vir ipse q̄uis contracta sponsalia et carnis copulā non negaret/ asserebat tñ se illam in vxorem ducere nō teneri qꝛ sponsalia inter ipsos sub hac fuerūt cōditione contracta si pater ei⁹ ꝛ patru⁹ sponsalibus consētirent: sed ipsi q̄cito nouerūt: ꝛ sponso contradixerūt et sponse. Uerum mulier replicabat ꝙ lꝫ fides pr̄stita fuerit ab vtroq̄ sub cōditione p̄scripta: non tñ sibi fuerat a pr̄e viri vel patruo aliqñ ꝯtradictū ꝛ ante tp̄s ꝯtradictiōis expressū a testib⁹ ꝛ post / dicebat iterse carnalē copulā accessisse: ꝛ infra. ¶ Cō. t. t. r. ꝙ cū liq̄do cōstet : ꝙ p⁹ cōtracta spōsalia carnalis est inter eos copula subsecuta : p mr̄imonio est p̄sumēdū qꝛ vi a ꝯditiōe apposita recessisse. Nā ꝛ si pbatū sit ꝙ post q̄ pat̄ ꝛ patru⁹ viri ꝯtradixere spōsalibus: id ē vir mulierē illā carnali cōiūctiōe cognouerit nō est tñ aliquo mō pbatū ꝙ anteq̄ ipse cognouisset eādē pater ei⁹ ꝛ patruus contradicere curauissent. Grego. nonus.

Si in contractu mr̄imonii apponit̄ conditio turpis vł impossibilis habet̄ pro non adiecta: nisi sit contra substantiam matrimonii qꝛ tunc vitiat contractum. h. d. hoc. c. notabile et multum allegabile.

c.vii. Si conditiones cōtra substantiā cōiugii inserantur puta si alter dicat alt̄i ꝯtraho tecū si gñationē prolis euites. vel donec inueniam aliā honore vel facultatibus digniorē: aut si p questu adulterādā te tradas: matrimonialis contractus q̄tū cūq̄ sit fauorabilis caret effectu. ¶ Licet alie conditiones apposite i matrimonio (si turpes/aut ipossibiles fuerint) debeāt propter fauorem eius pro nō adiectis haberi. ¶ Qui clerici vel vouentes matrimonium cōtrahere possunt. Alexan. iij. remen. archiepiscopo.

Diaconus vel subdiacon⁹ mr̄imonium cōtrahere nō possūt et si contraxerint etiam si sint facti irregulares debent separari.

cap.i. De diacono q̄ in sabbato scō aliū diaconum vulnerauit ꝛ vxorē accepit hoc. t. prudētie. r. ꝙ si cōtrito et hūiliato corde ad eccliā redire voluerit dimissa illa quā accepit vxorē: ꝛ absolutione obtēta iniūcta sibi pnia de vtroq̄ excessu : post eā peractā dispēsatiue poteris ei diaconat⁹ offm̄ reddere: ꝛ si pfecte vite ꝛ ꝯuersationis fuerit eū in pbr̄m ordinare. ¶ Subdiaconū aūt siue hominē interfecerit siue nō: mr̄imoniū non posse contrahere sacrorum canonum censura demōstrat. J dē cenoman. epo

Subdiaconus matrimonium contrahere non potest.

